UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00001389 6

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XX. SECT. I.

CONTINENS

PLATONIS LACHETEM, CHARMIDEM, ALCIBIADEM UTRUMQUE

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXIV.

L Gr
P718 St

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. V. SECT. I.

CONTINENS

LACHETEM, CHARMIDEM, ALCIBIADEM UTRUMQUE.

28816

GOTHAE ET ERFORDIAE
SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.
MDCCCXXXIV.

PA
4279
A2
1827
v.5
Sect. 1-2

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOPE.
1834.

PROLEGOMENA

AD

LACHETEM.

PROLEGOMENA AD LACHETEM.

Socratem constat virtutis vim et naturam ita definivisse, ut eam ad scientiae firmitatem et constantiam retulerit. Quod quanquam a multis dubitatum est quomodo intelligi vel defendi oporteret, tamen hodie quisquis est ab historia philosophiae paullo instructior facile intelligit viro sapientissimo illum demum bonum et honestum visum esse, qui non coeco quodam impetu in agendo duceretur, sed certam quandam ac deliberatam sequeretur officii normam atque rationem *). Nihil enim homini iudicavit esse turpius, quam si neglecta rationis auctoritate se fortunae temeritati vel cupiditatum imperio veluti in servitutem traderet, ideoque neminem censuit volentem scientemque peccare, quoniam omni scientiae boni honestique cognitio esset proposita **). Itaque vehementer errarunt, si qui celebratissimum eius placitum sic acceperunt, ac si ad virtutis perfectionem plenam accuratamque earum rerum omnium notitiam requiri iudicaverit, ad quas actiones nostrae referrentur. Eam enim homini nato non posse contingere ille vel maxime sentire debuit, qui sese constanter nihil scire profiteretur praeter illud ipsum, quod nihil sciret. Nimirum scientiam maxime intellexit boni cognitionem ac certam officii persuasionem, quae sicubi desideraretur,

*) V. quae de hoc Socratis placito disseruit Brandis. Mus. Rhen. T. I. p. 130 sqq.

**) Protagor. p. 352. B. 358. C. Gorg. p. 468. B. 509. E. Men. p. 77. Apol. Socrat. p. 25 sqq. Phaedon. p. 69. A. sqq. et locos Xenophontis ap. Brandis. p. 135 coll. 132.

virtutem iudicavit non perfectam esse, sed potius talem, quae honestatis nomen mentiretur. A qua profectus sententia virtutem ita demum absolvi et consummari statuit, si actiones nostrae cum certa officii persuasione coniunctae essent, ita ut inter utrasque pulcherrimus concentus animadverteretur. Neque enim eos probavit, qui quum sapientiam suam mirifice iactarent, tamen honestas actiones ab ea seiungerent, nec illos censuit magni aestimandos, qui etsi laudabiliter in agendo versarentur, tamen coecam quandam atque temerariam consuetudinem potius quam certam et constantem rationis legem sequerentur.

Haec praemittenda videbantur, quo rectius eius libri argumentum perciperetur et iudicaretur, qui Lachetis nomine inscriptus est. Quod enim in universum de Socratica morum doctrina monuimus, id in hac scriptione ad unam maxime fortitudinem accommodatur, de qua quanquam disputatur ita, ut eius vis et natura non declaretur, tamen quid scriptor elegantissimus efficere et probare voluerit, apertum esse arbitramur. Docetur enim in hoc sermone in uno Socrate maxime eluxisse perfectae et absolutae fortitudinis exemplar, ut in quo summa fuerit consensio factorum cum animi persuasione de boni et honesti necessitate coniuncta *), clarissimos autem belli duces ad hanc tantam fortitudinis praestantiam vel ideo non accedere, quia actionem ab officii persuasione divellant et fortitudinem vel audaciae magnitudine definiant, vel prudenti commodorum aut incommodorum deliberatione vel dextre dimicandi sollertia metiantur. Quae omnia ita explicantur, ut simul de pretio et dignitate ὁπλομαχίας tunc etiam a sophistis factitatae disputetur. Quemadmodum igitur Plato in aliis libris vates, rhapsodos, viros civiles arguit vera carere scientia, neque ea, quam prae se ferant, virtute esse insignes, ita in Lachete docetur etiam fortitudinem Socraticam maius quiddam esse, quam vulgo homines vel suspicari soleant.

Atque haec si recte iudicavimus, hunc dialogum iure meritoque ad Platonem auctorem referri eo certius

*) conf. Xenophon. Mem. IV, 6. §. 10. 11.

videtur esse, quod nec in singulis eius partibus deprehenditur, quod a viri ingenio, doctrina, scribendi genere alienum esse videatur *). Quanquam adolescentiae vestigia in eo expressa cerni plane nobis persuasimus. Est enim totus Socraticus, ut in quo non tantum Socratis laudibus consumatur oratio, sed etiam ea, quae ad confutandos interlocutorum errores pertinent, ex eius doctrina repetantur **). Accedunt sermonis facilitas, argumenti simplicitas, alia id genus plura, quae librum iuvenilis ingenii fetum esse haud obscurum indicium faciunt. Quocirca nec putamus assentiendum esse Schleiermachero, qui in Praefat. huic libro praemissa Vol. I. P. I. p. 321 sqq. Lachetem censet Protagorae tanquam appendicem accessisse, quoniam quae in huius dialogi parte extrema inde a pag. 348 D. brevius disseruntur, ea illius argumento explicentur copiosius. Neque enim Laches cum Protagora ad artis perfectionem comparandus est, et ipsa materia in Protagora tractatur subtilius atque artificiosius, ut in quo ea cum altera quaestione de virtutis unitate arctissime connexa sit et colligata. Itaque equidem non dubito statuere Lachetem ante Protagoram literis exaratum esse, quanquam quo tempore confectus sit, certius definiri non potest. Nisi forte aliquid ad eam rem faciunt quae Praef. ad Charmidem disputavimus; nam cum hoc sermone Lacheti magna sane et argumenti et consilii similitudo intercedit. Illud tamen probabiliter coniicias, Protagoram non ita multo post Lachetem in lucem prodiisse. Nam quae in hoc libro leviter tantum et veluti per occasionem attingitur quaestio de virtutum unitate, in illo tractatur copiosius et in varias partes disceptatur ***).

Sed quo facilius intelligatur ab omnibus, quo iure ita de libri argumento et proposito statuamus, subiungere placet brevem eius enarrationem, ex qua perspi-

---

*) Quae Astius De Vita et Script. Platon. p. 454 sqq. hanc in rem attulit, demonstraturus hunc librum falso Platoni tribui, ea magnopere vereor ut ullum momentum faciant ad id, cuius causa disputata sunt. Itaque ea licebit silentio transmittere: pauca quaedam in commentariis attingemus.

**) V. Xenoph. Mem. IV. 6. §. 10. et II.

***) Sochero libri confectio visa est incidere fere in primam Platonis adolescentiam.

cuum fore speramus in hoc sermone partim Socratis adumbrari fortitudinem, partim id agi, ut ei tanquam e regione collocetur clarissimorum imperatorum de eadem virtute opinio, quam dum Socrates refellit, etiamsi suam sententiam celat callidissime, tamen veri quaedam indicia facere existimandus est, veluti quum ostendit, fortitudinem non una contineri tolerantia rerum gravium et periculosarum, nec omnis generis perseverantiam continuo pro fortitudine haberi oportere; eam non esse prudentem rerum periculosarum aut contrariarum curam ac deliberationem; eam cum scientia utique esse coniunctam ideoque cum universa virtute convenire, et quae sunt id genus alia, in quibus quaedam quasi semina veritatis inclusa esse dubitari non potest. Sed accedamus ad ipsum libri argumentum.

Itaque scena dialogi prudenter ad libri materiam attemperata est. Lysimachus enim atque Melesias, quorum alter filius fuit magni Aristidis, alter Thucydidis illius, qui aliquamdiu inter Periclis adversarios plurimum auctoritate et potentia valuit, quum ingloriam degerent aetatem eamque sortem tanto ferrent molestius, quo illustriores parentes ipsorum fuerant, id maxime curavisse perhibentur, ut filios suos etiam adultos iis artibus erudirent, quae ad gloriam et auctoritatem in republica consequendam aliquid possent. Spectaverant hi in palaestra Taureae ὁπλομάχον quendam, Stesilaum, artem suam ostentantem, ad eiusque spectaculi societatem invitaverant Niciam et Lachetem, clarissimos belli duces, horum sententiam de viri arte sciscitaturi. In qua re magna cernitur Platonis sollertia. Nicias enim quum esset subtimidus neque expers eruditionis et philosophiae, infra commode ita disserens inducitur, ut fortitudinem prudentia definiat adeoque Socratis placitum quoddam in medium afferat. Laches autem quia erat adeo calidus et audax, ut haberetur paene temerarius, prudenter institutum est quod, etsi naturali quodam mentis acumine excellit, tamen per totum sermonem strenui militis agit partes, quum et sermonis acrimonia quadam utatur, et in iudicandis aliorum sententiis vehementiorem se praebeat, et fortitudinem audacia contentam esse arbitretur. Cum eiusdem ingenio maxime congruit, quod sibi ait factorum cum verbis consensionem maxime placere, nec cum sibi probari, qui actionem ab oratione segreget. Finito igitur spectaculo Lysimachus et Melesias eos in-

terrogant, num filios suos etiam hoc armorum lusu exercendos esse arbitrentur, eamque exercitationem aliquid utilitatis habituram esse censeant. Forte Socrates in eadem versatur palaestra, quem Laches putat eo magis in consilium adhibendum esse, quod non modo Lysimachi tribulis sit, sed etiam rerum ad iuvenum eruditionem pertinentium admodum curiosus. Cui Nicias protenus assentitur, laudans ille Socratis hoc in genere humanitatem, qui nuper ipsius filiolo praeclarum artis musicae magistrum eundemque in omni genere eruditissimum, Damonem, conciliaverit. Quibus addit Lysimachus, sibi adeo Sophroniscum, patrem Socratis, familiaritatis necessitudine fuisse coniunctissimum, et filios suos iam ex illo tempore in Socratis aliquam pervenisse notitiam. Quid multa? Rogant Socratem, ut secum de pueris recte instituendis quid sentiat communicet. Neque hic id facere dubitat. Tum vero Lysimachus eum magna laude ornat, ut qui colenda paterna amicitia patris laudi et honori egregie consulat. Laches autem eum non patri tantum, sed etiam patriae plurimum ornamenti attulisse ait, quum in proelio ad Delium commisso fortitudine ceteros omnes superaverit *). Qui locus sanequam diligenter animadvertendus est, si quis recte de universo colloquio iudicare voluerit.

His ita constitutis Lysimachus redit ad id, cuius gratia una cum familiaribus Stesilaum spectaverat. Denuo enim amicos interrogat, quid iis de utilitate videatur, quam iuvenes ex arte tractandorum armorum percepturi sint. Tum vero Socrates: Ego quid sentiam, si quid opus fuerit, aperiam tum, quum Niciae et Lachetis iudicium audiero; sum enim aetate minimus, ut me postremum deceat sententiam meam dicere. Itaque Nicias primus verba facit, ac multiplicem persequitur ὁπλομαχίας utilitatem, cuius exercitationem arbitratur primum a turpis voluptatis fructu prohibere; deinde corporis vires augere et confirmare; tum hominem liberalem et ingenuum non magis quam equitandi artem dedecere; denique etiam in proeliis varia afferre commoda et utilitates. Praeterea illam ait etiam aliarum artium desiderium posse excitare, si quidem qui armis ludere

*) — 181. D.

didicerit, etiam aciei collocandae artificio aliisque rebus similibus operam sit daturus. Caput autem totius rei in eo esse arbitratur, quod ὁπλομαχίας exercitatio animum fortem ac virilem sit redditura, ipsumque corporis habitum effectura talem, qui hostibus ipso adspectu metum iniicere queat.

Ab huius sententia aliquantum discedit Laches. Qui ὁπλομαχίας usum ullum esse negat. Quod quidem iudicium primum confirmat Lacedaemoniorum more et instituto, qui etsi rerum bellicarum sint studiosissimi, tamen illam artem minime curare soleant; deinde etiam eo tuetur, quod nullus dum ὁπλομάχος in bello clarus evaserit adeoque ipse ille Stesilaus, sese inspectante, olim in pugna navali turpissime se dederit. Quocirca ne fortitudinem quidem arbitratur illius artis ope comparari vel augeri posse. *)

Iam quum illi inter se tam vehementer dissentiant, ambo Socratem rogant, ut suum interponat iudicium. Monet igitur hic ante omnia in huius rei disceptatione illud esse tenendum, non nisi eius sententiam dignam esse, quae audiatur, qui artis, de qua quaeratur, peritus sit; peritiam autem ex eo cognosci, si quis et idoneis magistris usus sit, et ipse artem suam probe exercuerit, et, quod summum sit, extremum finem, cuius causa ars aliqua exerceatur, perspectum habeat. Itaque nunc, inquit, quum ὁπλομαχίαν censeamus animi confirmandi causa exerceri oportere, quaerendum est, ecquis nostrum artem illam penitus perceperit peritis usus magistris, eiusque rei idonea specimina exhibuerit. Et me quidem confiteor nullum eius usum habuisse. Fortasse autem Nicias et Laches eam didicerunt, qui et aetate sunt me maiores et antea de ὁπλομαχίας pretio suo quisque modo tam fidenter dixerunt sententiam.

His auditis Lysimachus: Cur igitur vos, o Nicia et Laches, cum Socrate ea de re disputare cunctamini? Cui Nicias: non nosti, o bone, Socratis morem, qui si quem nactus est respondentem, eum haud facile dimittit, sed vel invitum retinet: veruntamen quoniam eiusmodi sermones non sunt inutiles, equidem tibi lubenter morem geram. Et Laches quoque se paratum ostendit ad instituendum colloquium, quanquam eorum tantum

*) P. 181. D. — 184. D.

sermones se lubenter audire affirmat, quorum oratio cum ipsa vita et factis concinat. Et fortitudinem quidem Socratis sibi olim satis spectatam esse ait: iam si idem etiam pulcre dicendi facultatem sit consecutus, nihil sane prohibere, quin cum eo suscipiatur disputatio. *)

Itaque Socrates, quoniam Lysimachus et Melesias scire cupiant, qua ratione filiorum suorum animis virtus concilietur, ante omnia illud dispiciendum arbitratur, quidnam sit, in quo virtus contineatur. Quanquam eam quaestionem, quia sit amplior quam quae nunc pertractari queat, in praesenti missam facit, inque eo subsistendum censet esse, ut de parte virtutis ea, ad quam unam ars armorum tractandorum maxime pertineat, hoc est de fortitudine, anquiratur. **)

Interrogat igitur Lachetem, quanam re fortitudinem contineri existimet. Respondet ille fortitudinem censeri eo, ut quis aciem, in qua ab imperatore collocatus sit, non deserat et hostium impetum bono animo suscipiat nec prae metu turpiter aufugiat. Sed eam definitionem Socrates ostendit nimis angustam esse, quum etiam tergum vertentibus liceat fortiter dimicare, sicuti Scythae et Lacedaemonii faciant. Praeterea se non de bellica tantum fortitudine ait quaesivisse, sed illud potius voluisse explicari, quaenam sit vis et natura universae fortitudinis, quae etiam in morbis, paupertate, doloribus, aegritudinibus perferendis et in cupiditatibus moderandis cernatur. Itaque clarissime Socrates ostendit sese fortitudinis vim multo latius patere arbitrari, quam imperatoris ingenium perspexisset. ***) His explicatis Laches ubi tandem intellexit, quorsum spectet haec Socratis disputatio, protenus fortitudinem statuit contineri audacia quadam et perseverantia. Verum eam definitionem Socrates acute monet contrario atque superiorem vitio laborare, utpote nimis amplam latiusque patentem. Quum enim audacia subinde etiam vitiosa sit, fortitudo autem semper laudabilis censeatur, audaciam non simpliciter, sed coniunctam cum sapientia pro fortitudine vult haberi. Ac ne hoc quidem satis accu-

*) P. 184. E. — 189. A.
**) P. 189. B. — 190. C.
***) P. 190. C. — 192. A. conf. Protagor. p. 351. A. sqq.

rate ita statui existimat, quoniam non omnem audaciam cum sapientia copulatam pro fortitudine habere liceat. *)

Idem locus similiter in Protagora p. 348. D. — 350. C. tractatur, ubi Socrates hac argumentatione utitur, ut fortitudinem scientia esse contentam evincat, eaque ratione sophistam dialectices laqueis irretiat. Quam rem magno argumento putamus esse Platonem quaestionem in Lachete susceptam denuo in disceptationem vocasse, quo eam longius profligaret et cum eo loco, qui est de universa virtute, arctius coniungeret.

Neque enim in Lachete argumentatio inchoata continuatur aut absolvitur, sed deinceps potius de scientia ad fortitudinem necessaria ambigitur. Posteaquam enim Laches se ex difficultatibus istis expedire non potuit, Socrates Niciam quoque sententiam suam interrogat. Hic verò ad ipsius Socratis provocans ea de re iudicium fortitudinem censet prudentia contineri, ut quae sit scientia rerum et formidolosarum et sine periculo subeundarum. **) Quem suaviter propterea ridet et perstringit Laches, qui medicos quoque, agricolas, alios, rerum periculosarum et contrariarum notitiam habere dicit, nec tamen ideo a quoquam fortes existimari. At vero, inquit Nicias, aegrotis num conducat ex morbo convaluisse, id vero medici prorsus ignorant. Ex quo quum maxime pendeat rerum metuendarum et non metuendarum cognitio, iis rerum futurarum scientiam non recte attribui manifestum est. Hic vero Laches leniter carpit Niciae superstitionem, qui solis vatibus fortitudinem relinquere videatur. Quem ita refutat Nicias, ut vates dicat sola rerum futurarum portenta cognoscere, earum utilitates non curare. ***)

Haec autem etsi rursus a Lachete perstringuntur, Socrates tamen videndum ait esse, ne ille veri quid in medium attulerit. Igitur Nicias iterum affirmat fortitudinem esse rerum metuendarum et non metuendarum scientiam, quam sententiam eo confirmari putat, quod brutae animantes, ratione carentes, non possint fortes

*) Usque ad p. 194. A. Similis argumentatio est Charmid. p. 159. A. — 160. D.

**) P. 194. E. Docebat enim Socrates teste Xenophonte Mem. IV. 6, 10. ad fortitudinem unique requiri rerum periculosarum cognitionem.

***) P. 195. E.

iudicari, quum iis potius, utpote rerum scientia destitutis, audaciae temeritas tribuenda videatur. Quae quanquam ita dicta sunt, ut certe animi conscientiam quandam ad virtutem requiri significent, tamen rursus a Lachete explodantur. Ac Socrates quoque de hac audaciae et fortitudinis distinctione urbane iocatur, quam Niciam suspicatur accepisse a Damone suo, utpote Prodici sophistae discipulo. Veruntamen hanc eius sententiam diligentiori explorationi subiiciendam esse arbitratur.

Etenim ille quoniam scientiam retulit ad earum rerum omnium cognitionem, ad quas humanae actiones referuntur, Socrates eo modo effici demonstrat, ut fortitudine omnes reliquas virtutes comprehendi statuendum sit, id quod a recta ratione alienum esse merito arbitratur. Utitur autem id demonstraturus hac argumentatione. Fortitudo, inquit, est una quaedam virtus, neque virtus omnis, quum praeter eam etiam prudentia, iustitia, pietas, inter virtutes numerentur; porro metuenda ea tantum sunt, quae exspectantur, id est futura, non item praesentia et praeterita; denique omnis scientia sine ullo temporis discrimine non minus ad praesentia et praeterita quam ad futura pertinet, veluti ars medica, agricultura, aliae. Ex quo consequitur eandem scientiam, cuius ope futuro tempore metuenda vel contraria diiudicamus, etiam praesentia et praeterita complecti, id est, bona et mala omnia. Hinc vero apparet, fortitudinem si quis illo modo definiat, omnem ea contineri virtutem, quoniam is, qui omnia bona atque mala noverit, universae virtutis erit particeps. Ita autem manifestum fit, fortitudinis vim et naturam antea non recte esse descriptam. *)

Enimvero Socrates etsi omnem virtutem scientia contentam esse statuit, tamen neutiquam sustulit singularum virtutum discrimina, neque eam argumentationem huc quidquam facere arbitramur, quae Protagor. p. 357. E. sqq. legitur, siquidem haec et ipsa ad ludendum sophistam comparata est. Quocirca hoc loco Niciam indicat fortitudinis vim et naturam non accurate definivisse. Ipse vero quanquam statuebat ad fortitudinem utique periculosarum rerum scientiam requiri, tamen ad eam voluit accedere etiam recti bonique conscientiam, sine

*) P. 200. A. — 201. B.

qua nullam consistere posse virtutem sibi persuaserat. v. Xenophon. Mem. IV. 6. §. 11. *οἱ μὲν γὰρ ἐπιστάμενοι τοῖς δεινοῖς τε καὶ ἐπικινδύνοις καλῶς χρῆσθαι ἀνδρεῖοί εἰσιν, οἱ δὲ διαμαρτάνοντες τούτου δειλοί.*

Iam Nicia confutato Laches ignorantiam suam confessus Lysimacho et Melesiae suadet, ut filios Socrati erudiendos tradant, ut qui fortitudinis et reliquarum virtutum omnium naturam optime perspectam habeat.

Hoc igitur libri argumentum est, quo perlustrato nostram de eo sententiam legentibus probatum iri eo certius speramus, quo facilius omnia tanquam in tabula descripta perspicere et uno velut mentis obtutu contueri licuerit. Ceterum Plato quid postea temporis de fortitudine statuerit, cognosces e locis Reipubl. III. p. 386 sqq. IV. p. 427. C. — 430. C.

CODICES AD LACHETEM EXCUSSI.

Clarkianus s. Bodleianus. Coisl. (*Γ*). Vatic. (*Θ*). Veneti *ΞΣ*. Parisini BCEG. Angelic. (w). Barberinus (y). Palatin. (ε). Urbinas (ξ). Vatican. (ι). Florentini a. b. c. o. Vindob. (n. 54.)

EDITIONES.

Peculiari opera hunc librum illustrarunt Fr. Iacobs in libro scholastico, qui Socrates inscriptus est; et Engelhardtus, qui eum una cum Menexeno, Euthyphrone et Apologia Socratis edidit.

Λ Α Χ Η Σ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ, ΜΕΛΗΣΙΑΣ, ΝΙΚΙΑΣ, ΛΑΧΗΣ, ΠΑΙΔΕΣ ΛΥΣΙΜΑΧΟΥ ΚΑΙ ΜΕΛΗΣΙΟΥ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Cap. I. *Τεθέασθε μὲν τὸν ἄνδρα μαχόμενον* 178
ἐν ὅπλοις, ὦ Νικία τε καὶ Λάχης· οὗ δ' ἕνεκα ὑμᾶς
ἐκελεύσαμεν συνθεάσασθαι ἐγώ τε καὶ Μελησίας ὅδε,
τότε μὲν οὐκ εἴπομεν, νῦν δ' ἐροῦμεν. ἡγούμεθα

Cap. I. P. 178. *συνθεάσασθαι*] Ven. Σ. Pal. et in marg. BC. Barb. Flor. a. c. o. *συνθεάσασθαι.* Bodl. *συνθεάσασθε.* Vat. Θ. *συντεθέασθε.* Vett. editt. praeter Bas. 2. *συντεθεᾶσθαι.*

Cap. I. P. 178. *Τεθέασθε μὲν τὸν ἄνδρα*—] Lysimachus, magni Aristidis filius, et Melesias, filius Thucydidis illius, qui fuit aliquamdiu inter potentissimos Periclis adversarios, posteaquam una cum Nicia et Lachete, clarissimis imperatoribus, *ὁπλομάχον* quendam Stesilaum, artem suam ostentantem spectaverunt, cum his communi consilio deliberare instituunt, num filios suos hac arte erudiendos curare debeant. In huius autem deliberationis societatem deinde Socratem advocant, cuius familiaritate usos esse adolescentulos diserte testatur auctor Theagis p. 130. Etenim Lysimachus et Melesias, quo illustrioribus usi erant parentibus, eo vehementius dolere debebant conditionem suam, qua ignobiles fere et obscuri in civitate vivebant. Lysimachus enim quum a paterna virtute descivisset, maluit vitae privatae otio frui et cum mediocris fortunae hominibus, veluti cum Sophronisco Socratis patre (Lach. p. 180. E.) conversari, quam rebus praeclare gerendis laudem et honorem quaerere. v. Lach. p. 180. C. 189. C. Menon. p. 94. A. Melesias autem, etsi luctando plurimum valuit, tamen rerum omnium, quae hominem ingenuum decerent, propemodum ignarus fuit. Itaque ambo, quum tristem agerent aetatem atque vitae inglorine poenitentia tangerentur, faciendum putarunt, ut filios suos quam diligentissime educarent. Sed hanc eorum diligentiam prospero caruisse successu colligere licet e Theag. p. 130. et Theaet. p. 150. E.

μαχόμενον ἐν ὅπλοις] Quid sit *ἐν ὅπλοις μάχεσθαι* si-

γὰρ χρῆναι πρός γε ὑμᾶς παῤῥησιάζεσθαι. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ τῶν τοιούτων καταγελῶσι, καὶ ἐάν τις αὐτοῖς συμβουλεύσηται, οὐκ ἂν εἴποιεν ἃ νοοῦσιν, B ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου ἄλλα λέγουσι παρὰ τὴν ἑαυτῶν δόξαν· ὑμᾶς δὲ ἡμεῖς ἡγησάμενοι καὶ ἱκανοὺς γνῶναι, καὶ γνόντας ἁπλῶς ἂν εἰπεῖν ἃ δοκεῖ ὑμῖν, οὕτω παρελάβομεν ἐπὶ τὴν συμβουλὴν περὶ ὧν μέλλομεν ἀνακοινοῦσθαι. ἔστιν οὖν

B. ἄλλα λέγουσι] νοοῦσι Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vind. et in marg. Flor. a. c. Male.

περὶ ὧν μέλλομεν] Steph. ἐμέλλομεν, quod unus habet Par. E., quem Stephanus adhibuisse videtur, ut iam alibi suspicati sumus.

ve ὁπλομαχία, viri docti valde inter se dissentiunt. Partem veri vidit Casaubonus ad Theophrast. Char. p. 79. ed. Fisch. „Ὁπλομάχοι sunt, inquit, qui sub campidoctore veris armis certare discunt, aut ipsi qui docent: puto enim utrumque hac voce significari. v. Platon. Lachet. At iuventus non veris armis se exercebat, sed rudibus aut pilis praepilatis, quae dicuntur Graecis ἐσφαιρωμένα ἄκόντια. Xenophon libr. II. Anabaseos de Phalino quodam ita scribens: προεξεποιεῖτο ἐπιστήμων εἶναι τῶν περὶ τὰς τάξεις καὶ ὁπλομαχίαν, videtur innuere hoplomachos ea aetate fuisse appellatos etiam eos, qui tactici Graecis proprie dicuntur.“ Locus Xenophontis est Anab. II. 1, 7., ad quem Schneiderus et Bornemannus de eadem re diligentius exposuerunt. Acute enim observavit Bornemannus, quum Persae non nisi iis armis usi sint, quibus eminus pugnare licuerit, Graeci autem praeter thoracem galea, gladiis, ocreis induti pugnam inierint, Phalinum hoc pugnae genere maxime superbiisse, ut videlicet barbari haberent quem in addiscenda pugnandi ratione Graecis usitata magistrum sequerentur. Ex qua observatione clarum fit, quid sit ὁπλομαχία. Dicebantur enim ἐν ὅπλοις μάχεσθαι, qui omni utentes armatura pugnando sese exercebant atque armis ludebant. Quam quidem artem Athenaeus IV, 13. p. 154. E. auctor est primum docuisse Demeam quendam Mantineensem lanistam; deinde etiam a sophistis factitatam esse ex Plat. Euthydem. p. 271. E. et Xenoph. Mem. III. 1. constat, quanquam hi saepe nonnisi disciplinam eius quandam tradidisse videntur. Fallitur autem mirifice Winkelmann. Prolegg. ad Euthydem. p. XXVIII. omnem tacticam artem ὁπλομαχίᾳ comprehensam fuisse existimans. Cui opinioni vel ea adversantur, quae infra p. 182. B. Nicias disserit, ut alia taceamus.

ἀλλὰ στοχαζόμενοι τοῦ συμβουλευομένου] Recte Cornarius: sed eius, qui consulit, sententiam coniectantes alia praeter suam ipsorum opinionem dicunt. Usum verbi Iacobsius illustravit comparatis lo-

τοῦτο, περὶ σὺ πάλαι τοσαῦτα προοιμιάζομαι, τόδε. ἡμῖν εἰσιν υἱεῖς οὗτοι, ὅδε μὲν τοῦδε, παππου ἔχων 179
ὄνομα, Θουκυδίδης, ἐμὸς δὲ αὖ ὅδε· παππῷον δὲ καὶ οὗτος ὄνομ' ἔχει τοὐμοῦ πατρός· Ἀριστείδην γὰρ αὐτὸν καλοῦμεν. ἡμῖν οὖν τούτων δέδοκται ἐπιμεληθῆναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, καὶ μὴ ποιῆσαι ὅπερ οἱ πολλοί, ἐπειδὴ μειράκια γέγονεν, ἀνεῖναι αὐτοὺς

P. 179. παππῶον δὲ καὶ οὗτος] Steph. cum Par. E. Vind. aliis παππὼ ὅτιε. Bodl. παππῶι τε. Heindorf. ad Gorg. p. 320. et Schleierm. coniecerunt παππῷόν τε, quod dedit Bekkerus. Verum unus Vat. r. servavit. Deinde Stephan. ἔχειν praeter codicum omnium auctoritatem. Heindorf. et Schleierm. ἔχων coniecerunt.

cis Polybii VI. 16, 1. et 5. Plutarch. Vit. Coriol. c. 8. — τῶν τοιούτων, qualia nos vobiscum communicaturi sumus.

B. ἁπλῶς ἀνεἰπεῖν] simpliciter, sine ulla dissimulatione vel adulatione. De οὕτω post participium ἡγησάμενοι illato v. Phaedon. p. 61. C. et quae notavi ad Phileb. p. 135.

P. 179. ἡμῖν εἰσιν υἱεῖς οὗτοι] Germanice dixeris: Wir haben Söhne hier. Omissi articuli rationes subtiliter persecutus est Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. inprimis p. 183., quocum contendas Elmslei. ad Acharn. v. 1049. et Hermann. ad Nub. v. 61. huius loci non immemorem.

παππου ἔχων ὄνομα] Quemadmodum nostri subinde eiusmodi nominibus sine articulo uti solent, etiamsi de certis hominibus sermo est, veluti quum dicunt, er hat Vater und Mutter verloren; ita etiam Graeci minus distincte loquentes nomina patris, matris, fratrum, liberorum, uxorum, sine articulo frequentant; cuius generis multa exempla suppeditabit Schaefer. Melet. Critt. p. 45 et 116. Itaque ne hic quidem τοῦ πάππου dicit Lysimachus, sed in universum rem significans articulum omittit. Docent autem huius modi loci, in quibus quis disertè narratur avi nomen gessisse, hunc morem nec semper observatum esse, nec vero ubique observari potuisse. v. Baguet De Chrysippi Vita, Doctr. et Reliqu. p. 14 sq. ann.

παππῶον δὲ καὶ οὗτος —] Ita scripsi ex uno cod. r. pro eo, quod dedit Bekkerus παππῷόν τε καὶ οὗτος. Liquet enim haec praecedentibus verbis ita adiungi, ut oppositio locum habeat, id quod etiam Sommerus vidit in Iahnii Annal. a. 1831. Vol. II. Fascic. 4. p. 359. De genitivo τοῦ ἐμοῦ παιδὸς post παππῶον illato v. Brunck. ad Sophocl. Oed. T. v. 267. et Matthiae Gr. §. 431. 1. p. 802.

καὶ μὴ ποιῆσαι ὅπερ οἱ π.] Non dixit μηδὲ ποιῆσαι, sed καὶ μὴ ποιῆσαι, quia haec praecedentibus cum gravitate quadam opponuntur. Nam μηδ' si dixisset, inchoata sententia continuaretur: nunc ea per

ὅ τι βούλονται ποιεῖν, ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄρχεσθαι
B αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι καθ' ὅσον οἷοί τ' ἐσμέν. εἰδότες
οὖν καὶ ὑμῖν υἱεῖς ὄντας ἡγησάμεθα μεμεληκέναι
περὶ αὐτῶν, εἴπερ τισὶν ἄλλοις, πῶς ἂν θεραπευ-
θέντες γένοιντο ἄριστοι· εἰ δ' ἄρα πολλάκις μὴ προ-
εσχήκατε τὸν νοῦν τῷ τοιούτῳ, ὑπομνήσοντες, ὅτι
οὐ χρὴ αὐτοῦ ἀμελεῖν, καὶ παρακαλοῦντες ὑμᾶς ἐπὶ
τὸ ἐπιμέλειάν τινα ποιήσασθαι τῶν υἱέων κοινῇ μεθ'
ἡμῶν. Cap. II. Ὅθεν δὲ ἡμῖν ταῦτ' ἔδοξεν, ὦ Νι-
κία τε καὶ Λάχης, χρὴ ἀκοῦσαι, κἂν ᾖ ὀλίγῳ μα-
κρότερα. συσσιτοῦμεν γὰρ δὴ ἐγώ τε καὶ Μελησίας
C ὅδε, καὶ ἡμῖν τὰ μειράκια παρασιτεῖ. ὅπερ οὖν καὶ
ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, παῤῥησιασόμεθα πρὸς
ὑμᾶς. ἡμῶν γὰρ ἑκάτερος περὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς
πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα ἔχει λέγειν πρὸς τοὺς νεανί-
σκους, καὶ ὅσα ἐν πολέμῳ εἰργάσαντο καὶ ὅσα ἐν
εἰρήνῃ, διοικοῦντες τά τε τῶν συμμάχων καὶ τὰ τῇδε
τῆς πόλεως· ἡμέτερα δ' αὐτῶν ἔργα οὐδέτερος
ἔχει λέγειν. ταῦτα δὴ ὑπαισχυνόμεθά τε τούσδε καὶ

ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄρχ.] Par. G. δεῖ.

Cap. II. καὶ τὰ τῇσδε τῆς πόλεως] τῇσδε om. Steph. cum Par. E. Urbin. Flor. b.

D. ἐνδεικνύμεθα] Steph. ἐκδεικνύμεθα, quod est in Angel. Urbin.

contrarium illustratur, ut dici etiam potuerit sic: ἡμῖν οὖν δέδοκται μὴ ποιῆσαι ὅπερ οἱ πολλοί, ἀλλ' ἐπιμεληθῆναι αὐτῶν ὡς οἷόν τε μάλιστα. Exempla rei collegit Engelhardt. ad Lachet. p. 195. C. De Latino et non atque ac non dudum similia docuit Matthiae ad Cicer. Orat. pro Roscio Am. §. 92. Ad rem ipsam Iacobsius comparat Xenoph. de Red. Laced. III. 1. ὅταν γε μὴν ἐκ παίδων εἰς τὸ μειρακιοῦσθαι ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων, ἄρχουσι δὲ ἤδη οὐδένες αὐτῶν, ἀλλ' αὐτονόμους ἀφιᾶσι.

ἀλλὰ νῦν δὴ καὶ ἄρχεσθαι —] sed nunc, quum adoleverunt, etiam initium facere curae eorum gerendae.

B. εἰ δ' ἄρα πολλάκις] sin autem forte adeo, ut p. 194. A. v. Heusd. Specim. Crit. p. 125. et Heindorf. ad Phaedon. p. 60. D. Participia ὑπομνήσοντες καὶ παρακαλοῦντες, monente Iacobsio, posita sunt, ac si praecessisset ἤλθομεν πρὸς ὑμᾶς ἡγησάμενοι: quod genus anacoluthi paullo est audacius.

Cap. II. C. διοικοῦντες τά τε τῶν σ.] Fuit enim Ari-

αἰτιώμεθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι ἡμᾶς μὲν εἴων τρυφᾶν, ἐπειδὴ μειράκια ἐγενόμεθα, τὰ δὲ τῶν ἄλ- D
λων πράγματα ἔπραττον· καὶ τοῖσδε τοῖς νεανίσκοις αὐτὰ ταῦτα ἐνδεικνύμεθα, λέγοντες, ὅτι, εἰ μὲν ἀμελήσουσιν ἑαυτῶν καὶ μὴ πείσονται ἡμῖν, ἀκλεεῖς γενήσονται, εἰ δ' ἐπιμελήσονται, τάχ' ἂν τῶν ὀνομάτων ἄξιοι γένοιντο, ἃ ἔχουσιν. οὗτοι μὲν οὖν φασι πείσεσθαι· ἡμεῖς δὲ δὴ τοῦτο σκοποῦμεν, τί ἂν οὗτοι μαθόντες ἢ ἐπιτηδεύσαντες ὅ τι ἄριστοι γένοιντο. εἰσηγήσατο οὖν τις ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ μάθημα, E
ὅτι καλὸν εἴη τῷ νέῳ μαθεῖν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι· καὶ ἐπῄνει τοῦτον, ὃν νῦν ὑμεῖς ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον· κἀτ' ἐκέλευε θεάσασθαι. ἔδοξε δὴ χρῆναι αὐτούς τε ἐλθεῖν ἐπὶ θέαν τάνδρὸς καὶ ὑμᾶς συμπαραλαβεῖν ἅμα μὲν συνθεατάς, ἅμα δὲ συμβούλους τε καὶ κοινωνούς, ἐὰν βούλησθε, περὶ τῆς τῶν υἱέων ἐπιμελείας. ταῦτ' ἐστὶν ἃ ἐβουλόμεθα ὑμῖν ἀνακοινώσασθαι. ἤδη οὖν ὑμέτερον μέρος συμβουλεύειν 180
καὶ περὶ τούτου τοῦ μαθήματος, εἴτε δοκεῖ χρῆναι

ὑμεῖς δὲ δὴ τοῦτο σκ.] δὴ om. Steph. cum Ald. et Bas. 1. praeter fidem codicum.

E. ὅτι καλὸν εἴη] Bodl. ὅτι οὐ κ. male. Vat. Θ. ὡς, idque fortasse in Bodl. fuit.

P. 180. ὑμέτερον μέρος] Vat. Θ. Bodl. γένος. errore.

stides primus τῶν συμμάχων ταμιεύς: ad quem dubium non est quin haec maxime referenda sint.

εἴων τρυφᾶν] molliter vivere; unde τῷ πονεῖν opponitur apud Athenaeum XIII. p. 512. b. His non repugnant quae legimus Menon. p. 94. A. ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμάχου. — οὐκοῦν καὶ οὗτος τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ Λυσίμαχον, ὅσα μὲν διδασκάλων εἶχετο, κάλλιστα Ἀθηναίων ἐπαίδευσεν;

E. εἰσηγήσατο οὖν τις —] Suasit igitur aliquis atque commendavit nobis etiam hanc artem. Sympos. p. 176. E. τὸ μετὰ τοῦτο εἰσηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰσελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν. Criton. p. 48. A. οὐκ ὀρθῶς εἰσηγεῖ, εἰσηγούμενος — δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν κ. τ. λ. Xenoph. Mem. II, 7, 10. μὴ οὖν ὄκνει ταῦτα εἰσηγεῖσθαι αὐτοῖς, ἃ σοί τε λυσιτελεῖ κἀκείνοις. Hesychius s. v. interpretatur συμβουλεύειν, παραινεῖν.

ἐθεάσασθε ἐπιδεικνύμενον] h. e. ἐπιδεῖξιν ποιούμενον. v. ad Gorg. p. 447. B. Sic infra p. 183. B. C.

P. 180. ὑμέτερον μέρος συμβ.] vestrum iam est consilium dare. Verba περὶ τῆς κοινωνίας referuntur ad su-

μανθάνειν εἴτε μή, καὶ περὶ τῶν ἄλλων, εἴ τι ἔχετε ἐπαινέσαι μάθημα νέῳ ἀνδρὶ ἢ ἐπιτήδευμα, καὶ περὶ τῆς κοινωνίας λέγειν ὁποῖόν τι ποιήσετε.

Cap. III. *NI.* Ἐγὼ μέν, ὦ Λυσίμαχε καὶ Μελησία, ἐπαινῶ τε ὑμῶν τὴν διάνοιαν καὶ κοινωνεῖν ἕτοιμος, οἶμαι δὲ καὶ Λάχητα τόνδε.

B *ΛΑ.* Ἀληθῆ γὰρ οἴει, ὦ Νικία, ὡς ὅ γε ἔλεγεν ὁ Λυσίμαχος ἄρτι περὶ τοῦ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ τε καὶ τοῦ Μελησίου, πάνυ μοι δοκεῖ εὖ εἰρῆσθαι καὶ εἰς ἐκείνους καὶ εἰς ἡμᾶς καὶ εἰς ἅπαντας, ὅσοι τὰ τῶν πόλεων πράττουσιν, ὅτι αὐτοῖς σχεδόν τι ταῦτα συμβαίνει, ἃ οὗτος λέγει, καὶ περὶ παῖδας καὶ περὶ τἆλλα ἴδια, ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν καλῶς λέγεις, ὦ Λυσίμαχε· ὅτι δ' ἡμᾶς μὲν συμβούλους παρακαλεῖς ἐπὶ τὴν τῶν νεα-
C νίσκων παιδείαν, Σωκράτη δὲ τόνδε οὐ παρακαλεῖς, θαυμάζω, πρῶτον μὲν ὄντα δημότην, ἔπειτ' ἐνταῦθα ἀεὶ τὰς διατριβὰς ποιούμενον, ὅπου τί ἐστι τῶν

Cap. III. B. *τοῦ αὐτοῦ τε*] τοῦ hic vulgo omissum e Bodl. Vat. Θ. Flor. a. b. c. o. restitutum est.

ταῦτα συμβαίνει] Vulgo ταὐτά, quod e Bodl. Vat. Θ. Pal. mutatum.

C. *Τοῦτο μέν σοι*] Sic Bodl. Coisl. Ven. ΞΣ. Par. C E G. Ang. Barb. Pal. Urb. Vat. Flor. a. b. c. o. Vulgo *Τοῦτο μέντοι.*

periora illa *ἐπὶ τὸ ἐπιμέλειάν τινα ποιήσασθαι τῶν υἱέων κοινῇ μεθ' ἡμῶν.*

Cap. III. *οἶμαι δὲ καὶ Λάχητα τόνδε*] sc. *ἕτοιμον εἶναι κοινωνεῖν.* De Rep. X. p. 608. B. *ξύμφημί σοι, ἔφη, ἐξ ὧν διεληλύθαμεν· οἶμαι δὲ καὶ ἄλλον ὁντινοῦν.* Sympos. p. 176. A. *ἐγὼ οὖν λέγω ὑμῖν, ὅτι τῷ ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινος, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλούς.* Plura huius generis exempla collegi ad Apolog. Socrat. p. 25. E. et Protagor. p. 314. C. De *εἰμὶ* apud *ἕτοιμος* omitti solito scripsimus ad Remp. VI. p. 499. D. Euthyd. p. 285. C. Phaedr. p. 238. C. Parmenid. p. 137 B. cfr. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 605. et Melet. Critt. p. 43 sqq. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. p. 355.

B. *ὀλιγωρεῖσθαί τε καὶ ἀμελῶς διατίθεσθαι*] Continent haec verba, ut bene monuit Iacobs, *ἐπεξήγησιν* pronominis *ταῦτα.*

C. *ὄντα δημότην*] Nam Socrates pariter atque Aristides et Thucydides e demo Alopece oriundi fuerunt. v. Plutarch. Periel. p. 168. B. Aristid. in. Mox *Πῶς λέγεις*; est mirantis, ut Latine reddendum sit: Ain

τοιούτων ὢν σὺ ζητεῖς περὶ τοὺς νέους ἢ μάθημα ἢ ἐπιτήδευμα καλόν.

ΛΥ. Πῶς λέγεις, ὦ Λάχης; Σωκράτης γὰρ ὅδε τινὸς τῶν τοιούτων ἐπιμέλειαν πεποίηται;

ΛΑ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Λυσίμαχε.

ΝΙ. Τοῦτο μέν σοι κἂν ἐγὼ ἔχοιμι εἰπεῖν οὐ χεῖρον Λάχητος· καὶ γὰρ αὐτῷ μοι ἔναγχος ἄνδρα προὐξίνησε τῷ υἱεῖ διδάσκαλον μουσικῆς, Ἀγαθοκλέους μαθητὴν Δάμωνα, ἀνδρῶν χαριέστατον οὐ μόνον τὴν μουσικήν, ἀλλὰ καὶ τἆλλα ὁπόσου βούλει ἄξιον συνδιατρίβειν τηλικούτοις νεανίσκοις. D

Cap. IV. ΛΥ. Οὗτοι τι, ὦ Σώκρατές τε καὶ Νικία καὶ Λάχης, οἱ ἡλίκοι ἐγὼ ἔτι γιγνώσκομεν τοὺς νεωτέρους, ἅτε κατ' οἰκίαν τὰ πολλὰ διατρίβοντες, ὑπὸ τῆς ἡλικίας· ἀλλ' εἴ τι καὶ σύ, ὦ παῖ Σωφρονίσκου, ἔχεις τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ ἀγαθὸν συμβουλεῦσαι, χρὴ συμβουλεύειν. δίκαιος δ' εἶ· καὶ E

D. ὁπόσον βούλει] Sic Vat. Θ. Par. G. Vat. Vind. Ante Bekkerum legebatur ὁπόσα.

Cap. IV. οἱ ἡλίκοι ἐγὼ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Par. BC. Urbin. Vat. Vulgo erat οἱ ἥλικες, quod olim mutaturus eram, si Bekkeri copiis iam tum uti licuisset.

κατ' οἰκίαν τὰ πολλά] Steph. cum Par. E. τὰ πολλὰ κατ' οἰκίαν.

tu?

ἄνδρα προὐξένησε τῷ υἱεῖ] Duplicem dativum illustrat Matthiae Gr. §. 392. et ad Eurip. Med. v. 981. Ad προὐξένησε contulit Iacobs Alcibiad. I. p. 109. D. φράσον καὶ ἐμοί, ἵνα αὐτῷ φοιτητὴν προξενήσῃς ἐμέ. De Damone musico eodemque rei civilis peritissimo solumus iterare quae ad Remp. III. p. 400. B. monuimus. Agathocles memoratur etiam Protagor. p. 316. E. Ceterum χαρίεντες saepe sunt homines elegantis ingenii. vid. Hermann. ad Lucian. De Conscrib. Histor. p. 15.

Cap. IV. οἱ ἡλίκοι ἐγὼ ἔτι γ.] Hoc merito restituit Bekkerus. Est autem dictum per attractionem pro οἱ τηλικοῦτοι, ἡλίκος ἐγώ εἰμι. Aristoph. Eccles. v. 465. ἐκεῖνο δεινὸν τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν, i. e. τηλικούτοις, ἡλίκοι νῷ ἐσμεν. cf. Matthiae Gr. Ampl. p. 885.

D. ὑπὸ τῆς ἡλικίας] Nam Lysimachus et Melesias, quo tempore colloquium hoc habitum est, iam aetate provecti fuisse finguntur.

τῷδε τῷ σαυτοῦ δημότῃ] h. e. ἐμοί; sed illud dictum maiore cum vi et efficacia.

E. δίκαιος δ' εἶ] sc. τοῦ-

γὰρ πατρικὸς ἡμῖν φίλος τυγχάνεις ὤν. ἀεὶ γὰρ ἐγὼ καὶ ὁ σὸς πατὴρ ἑταίρω τε καὶ φίλω ἦμεν, καὶ πρότερον ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, πρίν τι ἐμοὶ διενεχθῆναι. περιφέρει δέ τίς με καὶ μνήμη ἄρτι τῶνδε λεγόντων· τὰ γὰρ μειράκια τάδε πρὸς ἀλλήλους οἷκοι διαλεγόμενοι θαμὰ ἐπιμέμνηνται Σωκράτους καὶ σφόδρα ἐπαινοῦσιν· οὐ μέντοι πώποτε αὐτοὺς ἀνηρώτησα, 181 εἰ τὸν Σωφρονίσκου λέγοιεν. ἀλλ', ὦ παῖδες, λέγετέ μοι, ὅδ' ἐστὶ Σωκράτης, περὶ οὗ ἑκάστοτε μέμνησθε;

ΠΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ πάτερ, οὗτος.

ΛΥ. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν, ὦ Σώκρατες, ὅτι ὀρθοῖς τὸν πατέρα, ἄριστον ἀνδρῶν ὄντα, καὶ ἄλ-

E. διαλεγόμενοι θαμὰ] V. διαλεγόμενα, quod e Bodl. Vat. Θ. Par. G. Vat. mutatum.

P. 181. ἑκάστοτε μέμνησθε] V. ἐμέμνησθε, quod cum Bekkero e Ven. Σ correxi.

τά τε σὰ ἡμῖν ὑπ.] γε pro τε e corr. Bekkeri scripsimus.

το πράττειν. Ita ponitur formula Cratyl. p. 428. A., ubi plura collegit Heindorf.

περιφέρει δέ τίς με καὶ μνήμη] Iungas hunc in modum: μνήμη δέ τίς με περιφέρει ἄρτι τῶνδε λεγόντων: atque his loquentibus nunc ipsum animum subit rei cuiusdam recordatio. Similiter Herodot. VI, 2. οὔτε μέμνηται τὸ πρῆγμα, οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι τουτέων τῶν ὑμεῖς λέγετε, ad quem locum plura Wesselingius, hoc nomine iam a Iacobsio laudatus. Deinde γὰρ est explicantis, ut saepe.

τὰ γὰρ μειράκια — διαλεγόμενοι] Theaetet. p. 146. B. ἀλλὰ τῶν μειρακίων τινὰ κέλευέ σοι ἀποκρίνεσθαι, ubi vulgo τι legebatur. Phavorinus ad voc. κλυτός: Τοῖς οὐδετέροις ὀνόμασιν, ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ ἐπίθετα καὶ μετοχὰς ἀρσενικάς τε καὶ θηλυκὰς ἐπιφέρουσιν, οἷον εὐφυὴς παιδίον, καὶ κόριον καλλίστη, καὶ γύναιον ἐρχομένη, καὶ μειράκιον λέγων, κ. τ. λ. Huius generis exempla e citerioris Graecitatis scriptoribus collegit Bastius Epistol. Crit. p. 198. et 282. ed. Lips.

P. 181. περὶ οὗ ἑκάστοτε μέμνησθε] Eandem structuram verbi habes Menex. p. 239. C. Ion. p. 536. C. al. conf. Matth. Gr. §. 347. 1.

ὅτι ὀρθοῖς τὸν πατέρα] Ὀρθοῦν τινα dicuntur, qui quem adiuvant eiusque causam sustentant, quocunque id modo, et ratione fiat. Menon. p. 99. C. εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ἢ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν. Thucyd. III. 42. καὶ πλεῖσι' ἂν ὀρθοῖτο ἡ πόλις ἀδυνάτους λέγειν ἔχουσα τοὺς τοιούτους. Sophocl. Oed. Tyr. v. 39. Antig. v. 167, 1158. Mox, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα. Sententia verborum haec est: Optime factum, o

λως, καὶ δὴ καὶ ὅτι οἰκεῖα τά τε σὰ ἡμῖν ὑπάρξει καὶ σοὶ τὰ ἡμέτερα.

ΛΑ. Καὶ μήν, ὦ Λυσίμαχε, μὴ ἀφίεσό γε τἀνδρός· ὡς ἐγὼ καὶ ἄλλοθί γε αὐτὸν ἐθεασάμην οὐ μόνον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα ὀρθοῦντα· ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ μετ' ἐμοῦ ξυνανε- B
χώρει, κἀγώ σοι λέγω, ὅτι, εἰ ἄλλοι ἤθελον τοιοῦτοι εἶναι, ὀρθὴ ἂν ἡμῶν ἡ πόλις ἦν καὶ οὐκ ἂν ἔπεσε τότε τὸ τοιοῦτον πτῶμα.

ΛΥ. Ὦ Σώκρατες, οὗτος μέντοι ὁ ἔπαινός ἐστι καλός, ὃν σὺ νῦν ἐπαινεῖ ὑπ' ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι, καὶ εἰς ταῦτα εἰς ἃ οὗτοι ἐπαινοῦσιν. εὖ οὖν ἴσθι, ὅτι ἐγὼ ταῦτα ἀκούων χαίρω, ὅτι εὐδοκιμεῖς. καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ με ἐν τοῖς γ' εὐνουστάτοις

B. ὅτι, εἰ ἄλλοι] Vat. Θ. Urbin. Vind. ὅτι οἱ ἄλλοι. Vatic. ὅτε εἰ οἱ ἄλλοι, quod dedit Bekkerus.
τὸ τοιοῦτον πτῶμα] τὸ e Coisl. cum Bekkero addidi.
καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ με] V. κἀμὲ δὲ ἡγοῦμαι, quod est in Par. E. et Flor. b. Deinde γ' ex Bodl. Vat. Θ. accessit.

Socrate, quod patria tui, optimi viri, memoriam quum aliis modis ornas, tum etiam eo, quod tuae res nobis ac vicissim nostrae tibi suppetent: erit enim inter nos eadem amicitia, quae mihi cum patre tuo, Sophronisco, intercessit.

B. ἐν γὰρ τῇ ἀπὸ Δηλίου φυγῇ] V. Sympos. p. 221. A. B., ubi inter alia Alcibiades: πρῶτον μὲν (εἶδον) ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ ἐμφρων εἶναι. Apolog. Socr. p. 28. E. Aelian. V. H. III, 17. VII, 14. Diog. Laërt. II, 22. De clade Delia consulas Bährium ad Plutarch. Alcib. p. 98 sq. — τὸ τοιοῦτον πτῶμα quum ad cladem apud Delium acceptum referatur, recte Bekker. e cod. Coisl. τὸ adiecit. Ceterum fuit qui legendum putaret: εἰ οἱ ἄλλοι ἤθελον, quo non opus.

καὶ εἰς ταῦτα, εἰς ἃ —] idque de iis rebus, in quibus isti te laudibus ornant. Nam fallitur Engelhardt. εἰς ταῦτα putans cum ἀξίων πιστεύεσθαι connecti oportere. Imo consequutio verborum haec est: ὃν σὺ νῦν ἐπαινεῖ ὑπ' ἀνδρῶν ἀξίων πιστεύεσθαι, καὶ ὃν ἐπαινεῖ εἰς ταῦτα, εἰς ἃ οὗτοι ἐπαινοῦσιν, ut luce clarius sit εἰς ταῦτα pertinere ad ἐπαινεῖ. Frustra hanc loci conformationem reprehendit Astius De Vit. et Script. Plat. p. 456. Nec audiendus Heusdius est, qui Specim. Crit. p. 121. legendum censet: πιστεύεσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι εἰς ταῦτα, εἰς ἃ αὐτοὶ ἐπ.

καὶ σὺ δὲ ἡγοῦ — εἶναι] At tu quoque tibi persuadeas me erga te esse benevolentissimum, quemadmodum ego vehementer laetor, quod tanta apud aljos flores existimatione. Hanc sententiarum coniunctionem et necessitudinem non perspicientes Stephanus aliique scri-

C σοι εἶναι. χρῆν μὲν οὖν καὶ πρότερόν σε φοιτᾶν αὐτὸν παρ' ἡμᾶς καὶ οἰκείους ἡγεῖσθαι, ὥσπερ τὸ δίκαιον· νῦν δ' οὖν ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἐπειδὴ ἀνεγνωρίσαμεν ἀλλήλους, μὴ ἄλλως ποίει, ἀλλὰ σύνισθί τε καὶ γνώριζε καὶ ἡμᾶς καὶ τούσδε τοὺς νεωτέρους, ὅπως ἂν διασώζητε καὶ ὑμεῖς τὴν ἡμετέραν φιλίαν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ σὺ ποιήσεις, καὶ ἡμεῖς σε καὶ αὖθις ὑπομνήσομεν· περὶ δὲ ὧν ἠρξάμεθα τί φατε; τί δοκεῖ; τὸ μάθημα τοῖς μειρακίοις ἐπιτήδειον εἶναι ἢ οὔ, τὸ μαθεῖν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι;

D Cap. V. ΣΩ. Ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι, ὦ Λυσίμαχε, ἔγωγε πειράσομαι συμβουλεύειν, ἄν τι δύνω-

C. πρότερόν σε φοιτᾶν] Sic ex corr. Coisl. dedit Bekker, Vulgo γε.

Cap. V. D. νεώτερον ὄντα τῶνδε] Steph. hic cum Par. E. Flor. b. τούτων, ut dein pro τούτων τῶνδε.

τί οὖ λέγει πότερος ὑμῶν;] Vulgo erat λέγεις πότερος ἡμῶν, quod nunc cum Bekkero ex optimis plurimisque codd. mutavi. Nam λέγει habent praeter Venet. Ξ ad unum omnes. πότε-

perunt Κἀμὲ δὲ ἡγοῦμαι ἐν τοῖς κ. τ. λ., quod a codicibus parum aut nihil habet commendationis.

C. καὶ πρότερόν σε φοιτᾶν αὐτὸν] De Republ. B. I. p. 328. C. ὦ Σώκρατες, οὐδὲ θαυμζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ· χρῆν μέντοι. — μὴ οὖν ἄλλως ποίει. ἀλλὰ νῦνδέ τε τοῖς νεανίσκοις ξύνισθι καὶ δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα ὡς παρὰ φίλους τε καὶ πάνυ οἰκείους. — αὐτὸν est sponte, ut sexcenties. — γνωρίζειν dicuntur qui alicuius ineunt consuetudinem et familiaritatem, quam in rem Iacobs laudavit De Rep. III. p. 402. A. Politic. p. 258. A. Itaque ἀναγνωρίζειν h. l. est pristinam familiaritatem meminisse et revocare. Parmenid. p. 124. A. ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας. De usu formulae μὴ ἄλλως ποίει v. ad Remp. p. 328. A.

ὅπως ἂν διασώζητε καὶ ὑμεῖς —] ut vos quoque porro conservetis, si fors ferat, nostram amicitiam, iam cum patre tuo a me iunctam. Hermannus De Particula ἄν p. 120. „Consilii indicandi causa, inquit, quum particulae ὡς et ὅπως coniunctivo consociantur, si deest ἄν, simpliciter enuntiatur consilium; si adiicitur, aliquid fortuiti accedit, quasi dicas ut sit, si sit." cfr. De Rep. V. p. 460. C. D. VI. p. 488. D. p. 489. D. 494. E. 503. E. Gorg. p. 481. A. 487. C. D. 510. A. 513. A. 515. A. Phaedon. p. 91. A. C. Sympos. p. 174. E. Protag. p. 313. C. Menex. p. 236. B. Cratyl. p. 430. D. 439. B. Lysid. p. 206. B. 211. B. Apolog. Socr. p. 39. A. Phaedr. p, 239. B. Alcibiad. II. p. 148. B.

καὶ αὖθις ὑπομνήσομεν] et posthac commonefaciemus. Nam ita αὖθις intelligendum, ut Protagor. p. 347. B. 357. E. 361. E. Charmid. p.

μαι, καὶ αὖ ἃ προκαλεῖ πάντα ποιεῖν. δικαιότατον μέντοι μοι δοκεῖ εἶναι, ἐμὲ νεώτερον ὄντα τῶνδε καὶ ἀπειρότερον τούτων ἀκούειν πρότερον, τί λέγουσι, καὶ μανθάνειν παρ' αὐτῶν· ἐὰν δ' ἔχω τι ἄλλο παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα, τότ' ἤδη διδάσκειν καὶ πείθειν καὶ σὲ καὶ τούτους. ἀλλ', ὦ Νικία, τί οὐ λέγει πότερος ὑμῶν;

ΝΙ. Ἀλλ' οὐδὲν κωλύει, ὦ Σώκρατες. δοκεῖ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο τὸ μάθημα τοῖς νέοις ὠφέλιμον εἶναι ἐπίστασθαι πολλαχῇ. καὶ γὰρ τὸ μὴ ἄλλοθι E διατρίβειν, ἐν οἷς δὴ φιλοῦσιν οἱ νέοι τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, ὅταν σχολὴν ἄγωσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ, εὖ

ρος exhibent Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BCE. Flor. a. c. et marg. Ven. Ξ. Denique ἡμῶν Flor. b. c. Ven. Ξ soli habent.

δοκεῖ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο τὸ μ.] V. γὰρ ἐμοὶ καὶ τοῦτο. Recte καὶ om. Bodl. Vat. Θ.

E. ἀλλ' ἐν τούτῳ, εὖ ἔχει] ἔχειν Coislin. Ven. Σ. Par. BCEG. Angel. Barb. Pal. Urb. Flor. a. b. c. o.

169. D. Euthyphr. p. 6. C. De Rep. VI. p. 510. B. V. p. 466. A. Gorg. p. 447. B. C. p. 449. C. D. Phileb. p. 33. B. al.

τί φατε; τί δοκεῖ; τὸ μάθημα —] Interrogatio repetita inservit augendae sermonis alacritati. Ad haec vero, τὸ μάθημα — ἐπιτήδειον εἶναι, denuo intelligendum est δοκεῖ, in qua ratione si quis offendat, tolletur scrupulus inspectis iis, quae ad Hipp. minor. p. 372. D. adscripsimus. conf. infra p. 184. B.

D. καὶ τούτων πέρι — καὶ αὖ ἃ προκαλεῖ —] Criton. p. 48. B. οὗτός τε ὁ λόγος — ἔμοιγε δοκεῖ ἔτι ὅμοιος εἶναι — καὶ τόνδε αὖ σκόπει. Charmid. p. 157. E. sq. ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκία — ἐγκεκωμιασμένη παραδέδοται ἡμῖν — καὶ αὖ ἡ πρὸς μητρὸς ὡσαύτως. De Rep. IX. p. 577. A. B. al. — ἃ προκαλεῖ, i. e. εἰς ἃ πρ. cfr. Matth. Gr. §. 419. h. Rost. §. 104. annot. 11. ed. IV.

νεώτερον ὄντα τῶνδε] Niciam intelligit et Lachetem. Quocirca illum deinceps cohortatur, ut primus dicat utpote aetate maior, si quidem vulgata servatur scriptura. Sed praestat quod nunc cum Bekkero ex codd. restituimus, τί οὐ λέγει πότερος ὑμῶν; i. e. vestrum alteruter. Nam πότερον teste Hesychio saepe est ἓν ἐκ δυοῖν. v. Sophist. p. 264. D. 252. A. Legg. XI. p. 914. C. Reip. VI. p. 509. A. Phileb. p. 20. E. Theaet. p. 145. A. al.

E. ἀλλ' ἐν τούτῳ —] sc. ἐν τῷ ὅπλοις μάχεσθαι. Itaque ἄλλοθι nunc non de loco accipiendum, sed est potius ἐν ἄλλοις τισὶν ἔργοις, de quo vocabuli usu Iacobs conferri iubet Bastium Epist. Crit. p. 238. ann. 96. Adde quae ad Erastas p. 136. C. de simili usu particulae ποῦ diximus. Quod codd. non pauci habent εὖ ἔχειν, id si verum est, ex δοκεῖ pen-

ἔχει, ὅθεν καὶ τὸ σῶμα βέλτιον ἴσχειν ἀνάγκη —
182 οὐδενὸς γὰρ τῶν γυμνασίων φαυλότερον οὐδ' ἐλάττω πόνον ἔχει —, καὶ ἅμα προσήκει μάλιστ' ἐλευθέρῳ τοῦτό τε τὸ γυμνάσιον καὶ ἡ ἱππική· οὗ γὰρ ἀγῶνος ἀθληταί ἐσμεν καὶ ἐν οἷς ἡμῖν ὁ ἀγὼν πρόκειται, μόνοι οὗτοι γυμνάζονται οἱ ἐν τούτοις τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ὀργάνοις γυμναζόμενοι. ἔπειτα ὀνήσει μέν τι τοῦτο τὸ μάθημα καὶ ἐν τῇ μάχῃ αὐτῇ, ὅταν ἐν τάξει δέῃ μάχεσθαι μετὰ πολλῶν ἄλλων· μέγιστον μέντοι αὐτοῦ ὄφελος, ὅταν λυθῶσιν αἱ τάξεις καὶ ἤδη τι δέῃ μόνον πρὸς μόνον ἢ διώκοντα
B ἀμυνομένῳ τινὶ ἐπιθέσθαι ἢ καὶ ἐν φυγῇ ἐπιτιθεμένου ἄλλου ἀμύνασθαι αὐτόν· οὔτ' ἂν ὑπό γε ἑνὸς εἷς ὁ τοῦτ' ἐπιστάμενος οὐδὲν ἂν πάθοι, ἴσως δ', οὐδὲ ὑπὸ πλειόνων, ἀλλὰ πανταχῇ ἂν ταύτῃ πλεονεκτοῖ. ἔτι δὲ καὶ εἰς ἄλλου καλοῦ μαθήματος ἐπιθυμίαν παρακαλεῖ τὸ τοιοῦτον· πᾶς γὰρ ἂν μαθὼν ἐν ὅπλοις μάχεσθαι ἐπιθυμήσειε καὶ τοῦ ἑξῆς μαθή-

P. 182. *τοῦτό τε τὸ γυμν.*] Ven. Ξ. Angel. habent *τοῦτό γε*, quod vulgo circumfertur.

det: sed vereor, ne haec lectio scribarum errore nata sit.

P. 182. *οὐ γὰρ ἀγῶνος ἀθληταί ἐσμεν* —] De Rep. III. p. 403. C. *ἀθληταὶ μὲν γὰρ οἱ ἄνδρες τοῦ μεγίστου ἀγῶνος*, ubi hoc genus loquendi attigimus. Ibid. VIII. p. 543. B. *ὥσπερ ἀθλητάς τε πολέμου καὶ φύλακας.* Verbum *προκεῖσθαι* de certamine frequens. v. ad Remp. X. p. 608. C. Ad *γυμνάζονται* intell. *πρὸς ταῦτα* aut simile quiddam, quod cur reticeatur, e proximis verbis intelligitur. Sententia haec est: Sicubi certamus aut pugna nobis aliqua subeunda est, ad haec omnia ii soli probe exercentur, qui armis in bello usitatis utuntur. Aliarum enim exercitationum gymnicarum etsi alias magna est utilitas, tamen ad bellum illae nihil conferunt, ut hoc in genere *ὁπλομαχία* praestantissima censeatur.

μόνον πρὸς μόνον] Volebat dicere simpliciter *μόνον πρὸς μόνον μάχεσθαι.* Sed hanc sententiam deinde per partes ita illustrat, ut et persecutionis hostilis et defensionis in fuga susceptae mentionem iniiciat. Dein sermonem ita poterat continuare: *οὔτε γὰρ ὑπό γε ἑνὸς εἷς ὁ τ. ἐπ.* Sed *γὰρ* nemo inferciendum putabit memor eorum, quae Schaeferus ad Dionys. Hal. De comp. verb. p. 408. ad Demosth. App. I. p. 785. Dobree ad Aristoph. T. VII. p. 560. Commentar. ed. Lips. Buttmann. ad Demosth. Midian. p. 48. de hoc loquendi genere exposue-

ματος τοῦ περὶ τὰς τάξεις, καὶ ταῦτα λαβὼν καὶ φιλοτιμηθεὶς ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πᾶν ἂν τὸ περὶ τὰς στρα- C
τηγίας ὁρμήσειε. καὶ ἤδη δῆλον, ὅτι τὰ τούτων ἐχόμενα καὶ μαθήματα πάντα καὶ ἐπιτηδεύματα πάντα καὶ καλὰ καὶ πολλοῦ ἄξια ἀνδρὶ μαθεῖν τε καὶ ἐπιτηδεῦσαι, ὧν καθηγήσαιτ' ἂν τοῦτο τὸ μάθημα. προσθήσομεν δ' αὐτῷ οὐ σμικρὰν προσθήκην, ὅτι πάντα ἄνδρα ἐν πολέμῳ καὶ θαρραλεώτερον καὶ ἀνδρειότερον ἂν ποιήσειεν αὐτὸν αὐτοῦ οὐκ ὀλίγῳ αὕτη ἡ ἐπιστήμη. μὴ ἀτιμάσωμεν δὲ εἰπεῖν, εἰ καί τῳ σμικρότερον δοκεῖ εἶναι, ὅτι καὶ εὐσχημονέστερον ἐν-
ταῦθα, οὗ χρὴ τὸν ἄνδρα εὐσχημονέστερον φαίνε- D
σθαι, οὗ ἅμα καὶ δεινότερος τοῖς ἐχθροῖς φανεῖται διὰ τὴν εὐσχημοσύνην. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ Λυσίμαχε, ὥσπερ λέγω, δοκεῖ τε χρῆναι διδάσκειν τοὺς νεανίσκους ταῦτα, καὶ δι' ἃ δοκεῖ εἴρηκα· Λάχητος δ', εἴ τι παρὰ ταῦτα λέγει, κἂν αὐτὸς ἡδέως ἀκούσαιμι.

C. ἐπιτηδεύματα πάντα] πάντα e Vat. Θ. Par. G. Vat. additum.

runt. Nec illud quenquam morabitur, quod in altera enuntiati parte mutata verborum consecutione ἕως δ' οὐδὲ ὑπὸ πλειόνων infertur pro eo, quod exigebat ratio vulgaris, οὔτε ὑπὸ πλειόνων. Qua lege et conditione post οὔτε in altero membro δὲ vel οὐδὲ ponatur, ad Apolog. Socrat. p. 19. D. et Remp. X. p. 608. B. significavimus.

B. ταῦτα λαβὼν] his perceptis, intell. τὴν ὁπλομαχίαν et τὸ περὶ τὰς τάξεις μάθημα. Verbum λαμβάνειν fere idem quod μανθάνειν significare notavit Schol. Aristoph. ad Ran. v. 253.

201 ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, σκέψασθε, ἄν τι δόξω ξυμβουλεύειν ὑμῖν. ἐγὼ γάρ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες, — οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος — κοινῇ πάντας ἡμᾶς ζητεῖν μάλιστα μὲν ἡμῖν αὐτοῖς διδάσκαλον ὡς ἄριστον, δεόμεθα γάρ, ἔπειτα καὶ τοῖς μειρακίοις, μήτε χρημάτων φειδομένους μήτε ἄλλου μηδενός· ἐὰν δὲ

Cap. XXXI. P. 201. B. ἐπιμέλειαν ποιησώμεθα] ποιησόμεθα Steph., libris mss. omnibus adversantibus.

D. καὶ ξυμπροθυμήσει ὡς βελτίστοις γ.] et parato animo id dabis operam, ut optimi evadant adolescentuli?

E. εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς διαλόγοις —] Hoc μὲν respondet voculae δὲ in verbis νῦν δ' ὁμοίως — ἐγενόμεθα. Ad νῦν δὲ conf. p. 184. D.

τί οὖν ἄν τις ἡμῶν τινα προαιροῖτο;] Cur igitur quis nostrum aliquem eligat? mihi quidem ipsi nullus videtur esse eligendus.

P. 201. οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγος —] Sensus verborum hic est: Libere vobiscum mihi licet hoc consilium communicare; neque enim hic sermo efferetur a quoquam eorum, qui huic colloquio intersunt, ut mihi talia dicere haudquaquam verecundandum sit. Lectio librorum sanissima miramur sane quod a viris doctis sollicitata est. Schleiermach. enim ἄφορος, i. e. inutilis, legendum proposuit. Heusdius autem Spec. Crit. p. 126. ἔκφορος λόγου coniecit. At vero ἔκφορος quia nusquam habet vim et significationem activam, ea correctio loquendi consuetudini adversatur. Tenendum est igitur quod libri suppeditarunt. Nam λόγος ἔκφορος est ὅστις ἐκφέροιτο ἄν. Eurip. Hippol. v. 295. εἰ δ' ἐκφορός σοι συμφορὰ πρὸς ἄρσενας, λέγε, ubi ἔκφορος συμφορὰ opponitur τοῖς ἀπορρήτοις κακοῖς. Nec moleste ferimus articuli omissionem. Aristoph. Thesmoph. v. 479. αὐταὶ γὰρ ἐσμέν, κοὐδεμί' ἐκφορὰ λόγου. Eurip. Suppl. v. 1066. οὐ μὴ μῦθον ἐπὶ πολλοὺς ἐρεῖς. Verbo ἐκφέρειν ita utitur Plato Menexen. p. 236. C. ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξε-

ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχειν ὡς νῦν ἔχομεν, οὐ ξυμβουλεύω, εἰ δέ τις ἡμῶν καταγελάσεται, ὅτι τηλικοίδε ὄντες εἰς διδασκάλων ἀξιοῦμεν φοιτᾶν, τὸν Ὅμηρον δοκεῖ B μοι χρῆναι προβάλλεσθαι, ὃς ἔφη οὐκ ἀγαθὴν εἶναι αἰδῶ κεχρημένῳ ἀνδρὶ παρεῖναι. καὶ ἡμεῖς οὖν ἐάσαντες χαίρειν εἴ τίς τι ἐρεῖ, κοινῇ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῶν μειρακίων ἐπιμέλειαν ποιησώμεθα.

ΛΥ. Ἐμοὶ μὲν ἀρέσκει, ὦ Σώκρατες, ἃ λέγεις· καὶ ἐθέλω, ὅσῳ περ γεραίτατός εἰμι, τοσούτῳ προθυμότατα μανθάνειν μετὰ τῶν νεανίσκων. ἀλλά μοι οὑτωσὶ ποίησον· αὔριον ἕωθεν ἀφίκου οἴκαδε, καὶ μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἵνα βουλευσώμεθα περὶ αὐτῶν C τούτων. τὸ δὲ νῦν εἶναι τὴν συνουσίαν διαλύσωμεν.

ΣΩ. Ἀλλὰ ποιήσω, ὦ Λυσίμαχε, ταῦτα, καὶ ἥξω παρὰ σὲ αὔριον, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.

C. τὴν συνουσίαν διαλύσωμεν] Sic Ven. Ξ. Par. G. Vat. r. Vind. Vulgo διαλύσομεν.

νέγκω αὐτῆς τὸν λόγον. Isocrat. De Pace p. 180. ed. Bekk. ὃ δὲ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν. Alia dabit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 294. Cicero De Orat. I. 24, 111. Dicam equidem, quoniam institui, petamque a vobis, ne has meas ineptias efferatis.

B. τὸν Ὅμηρον δοκεῖ μοι πρ.] Locus est Odyss. XVII, 347., quo utitur Plato etiam Charmid. p. 161. A. Negligentius vero εἶναι hic interpositum, quod deinde ipso Homerico παρεῖναι explicatur, h. e. ὥςτε παρεῖναι αὐτῷ. v. ad Remp. VIII. p. 566. B.

ὅσῳπερ γεραίτατός εἰμι] V. Matth. Gr. §. 462.

C. τὸ δὲ νῦν εἶναι] V. Hermann. ad Viger. p. 888.

PROLEGOMENA

AD

CHARMIDEM.

PROLEGOMENA AD CHARMIDEM.

Quam Socrates informatam tenebat animo notionem eius virtutis, quae Graece *σωφροσύνη* dicitur, ea sicut a vulgari hominum opinione multum discrepabat, ita patebat latissime. Est enim haec virtus eius iudicio nihil aliud, nisi animi sanitas quaedam, quae corporis sanitati est simillima eique veluti ex altera parte respondet. Cernitur autem in eo, ut animi viribus recte temperatis sedatisque perturbationibus adsit quasi quidam ornatus vitae et voluntatis cum ratione consensio. Hanc fuisse viri sapientis sententiam evidentissime apparet e Stobaeo, qui Sermon. III. p. 96 = 83. ed. Gaisf. Lips. haec habet: *Σωκράτης*, inquit, *ἐρωτηθείς, τί φρόνησις; εὐαρμοστία, εἶπε, ψυχῆς.* Ibid. *Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθείς, τίνες φρόνιμοι; οἱ μὴ ῥᾳδίως, εἶπεν, ἐξαμαρτάνοντες.* coll. Xenoph. Mem. III. 9. 4—5. Quemadmodum autem universam virtutem, ita etiam temperantiam scientia potissimum contineri voluit. Itaque Xenophon Mem. III. 9, 4. *σοφίαν δὲ καὶ σωφροσύνην οὐ διώριζεν, ἀλλὰ τὸν μὲν καλά τε καὶ ἀγαθὰ γιγνώσκοντα χρῆσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν τὰ αἰσχρὰ εἰδότα ἐνλαβεῖσθαι.* Nimirum scientiam vocavit recti honestique cognitionem cum certa officii persuasione coniunctam, ideoque talem, ut, quae bona et honesta viderentur, ea ipso opere perficeret. Quemadmodum enim ad actionum honestatem necessario recti conscientiam requiri censuit, ita nec veri honestique cognitionem voluit actione vacare, quoniam utraque demum coniuncta virtutem absolvi et consummari arbitratus est. Quocirca facile apparet vi et ambitu Socraticae *σωφροσύνης* plures vir-

tutes tanquam partes eius contineri; ut mirandum non sit harum nomina subinde cum ipsa σωφροσύνῃ tanquam universo genere copulari et permutari. Quorsum pertinet ἡ αἰδημοσύνη et ἡ κοσμιότης: unde Phaedon. p. 83. E. Protag. p. 322. C. D. Gorg. p. 506. E. sqq. οἱ κόσμιοι καὶ σώφρονες memorantur; porro ἡ εὐταξία, et ἡ ἐγκράτεια, qua una maxime temperantiae vim patefieri putabant, id quod e Xenoph. Mem. III. 9, 4. IV. 5. Plat. Legg. p. 710. A. Phaedon. p. 69. C. intelligitur; denique scientia sive ἡ φρόνησις, quae quoniam est temperantiae veluti mater atque parens, haud raro pro σωφροσύνῃ memoratur, quae est sapientia in moderandis affectibus et cupiditatibus conspicua. Quanquam φρόνησις etiam latiore significatione a Socraticis dicta est.

Et haec quidem ut diligenter teneamus, maxime necessarium est ad intelligendum percipiendumque eius libri argumentum, qui Charmidis inscriptus est nomine, in quo libro ita de vi et natura τῆς σωφροσύνης disceptatur, ut omnia e ratione Socratica iudicanda sint. Quanquam non id in eo agitur, ut Socratis sententia proponatur, sed eo potissimum spectat disputatio, ut vulgares hominum de temperantia opiniones exagitentur et coarguantur. Docetur enim homines vulgo in definienda huius virtutis natura errare eo, quod vel singulas eius partes et formas easque ne recte quidem informatas pro universo genere amplectantur, vel scientiam ad eam necessariam perperam referant ad rerum cognitionem doctrinaeque copiam, neque de honesti conscientia officiique persuasione cogitare soleant. Quanquam ex his ipsis suspicari licet, qualem scriptor cogitari voluerit verae temperantiae notionem. Quod quidem clarissime in ipso sermonis principio significatur. Quod enim Socrates ibi Charmidem, adolescentem formosissimum, liberaliter educatum et modestissimum, censet explorari oportere, num etiam intus sit talis, qualis specie externa esse videatur, eamque virtutem σωφροσύνης nomine appellat, facile potest existimari eum talem intelligere virtutem, quae in illa animi sanitate cernatur, qualem antea adumbravimus.

Atque his ita expositis accedere licet ad ipsam dialogi enarrationem, qua absoluta etiam illud apparebit, quo iure huius libri fides et auctoritas nuper ab Astio et Sochero in dubitationem adducta sit.

Dialogus est διηγηματικός. Narrat enim Socrates

familiaribus quibusdam de colloquio, quod aliquando ab expeditione in Thraciam suscepta reversus cum Critia atque Charmide, eius patruele, iuvene pulcherrimo et modestissimo, instituerit.

Vix reverteram, inquit, Athenas, quum solitas repetens conversationes Taureae palaestram ingressus sum. Ubi quum me familiares mei consalutavissent ac de rebus bello gestis meaque fortuna essent sciscitati, consedi aliquando iuxta Critiam, Callaeschri filium, et paullisper cum illis confabulatus sum. Tandem eos interrogavi etiam de philosophiae conditione deque iuvenibus, qui vel sapientia vel pulchritudine vel utraque simul praeter ceteros excellerent. Hic statim Critias: En iuvenes, inquit, palaestram intrantes! inter quos est ille ipse, qui nunc ab omnibus longe pulcherrimus existimatur. Est hic Charmides, Glauconis, patrui mei filius, quem fortasse iam olim novisti adhuc puerulum. Et vero ego eximia adolescentis formositate vehementer perculsus sum, quem nec ceteri sine admiratione intuebantur. Cupiebam igitur scire, numquid in recessu haberet quod fronte promitteret, hoc est, quo esset ingenio et qua eruditione. Quanquam facile poteram suspicari eum, qui e gente Solonis atque Critiae esset oriundus, parem cum genere animi nobilitatem habiturum. Et affirmabat ipse Critias eum quum aliis eruditionis partibus tum poesis facultate pro aetate sua magnopere excellere *).

Hoc igitur sermonis exordium est, in quo quum plura sint quae viris doctis offensioni fuerunt, operae pretium est de eo explicare paullo diligentius.

Et primum quidem iuvat de stirpe Critiae et Charmidis exponere.

Fuit igitur Charmides, cuius ingenium iisdem fere coloribus, quibus Plato, depinxit Xenophon Mem. III. 7., filius Glauconis, Critiae tutoris, hominis eruditi et poeticae studio dediti **), patruelis. A materno genere Pyrilampes ei erat avunculus. v. Schneider ad

*) P. 153 — 154. E.

**) Critiae tyranni Fragmenta ed. N. Bach. Lips. 1827. 8. Vertit ea et illustravit etiam W. E. Weber: Die elegischen Dichter der Hellenen. Frankf. 1826. p. 260 sqq. et p. 641 sqq., ubi etiam de vita Critiae exposuit.

Xenoph. l. c. Bornemann. ad Symp. 4. 31. Prinsterer. Prosopograph. Plat. p. 214. Magna igitur ei cum ipso Platone intercessit generis affinitas: erat enim huius avunculus. Stemma gentis hoc est:

Dropides
|
Critias I.

Callaeschrus — Glauco

Critias II. tyr. — Charmides — Perictione

Plato Glauco Adimantus.

Materni generis mentio iniicitur p. 158. A., ubi Charmidis avunculus appellatur Pyrilampes, quem etiam Parmenid. p. 126. B. memorari meminimus. Quo quidem loco quum idem pater Antiphontis, qui fuerit frater ex matre Perictione Glauconis et Adimanti, fuisse narretur, stemma gentis cum C. Fr. Hermanno Annal. Scholast. Sect. II. N. 82. a. 1831. ita videtur concinnandum:

Pyrilampes, cuius uxor Perictione,
|
Antiphon — Charmidis soror,

Glauco Adimantus,
diversi illi a Platonis fratribus.

Cognationem Critiae et Charmidis cum Solone repetunt a Dropide, cuius p. 157. E. mentio facta est. Eum Olymp. 46. 4. = 593 a. Chr. n. archontem fuisse scribunt Corsini Fast. Att. T. III. p. 78. Meurs. De Archont. Athen. I. 38. Quod quo iure ita statuant, equidem non decernam. Illud quidem dubitatione caret, Dropidem illum, cuius filius Critias, Callaeschri pater, fuit, Solonis aequalem fuisse. Sed iure dubitari licet de cognationis origine. Quod enim narrat Proclus ad Tim. p. 25. *Ἐξηκεστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης· καὶ Δρωπίδου μὲν Κριτίας —, Κριτίου δὲ Κάλλαισχρος καὶ Γλαύκων· Καλλαίσχρου δὲ αὖ Κριτίας οὗτος*, id Schleiermachero non sine idonea causa parum credibile visum est. Et Procli in talibus quoque perexiguam esse auctoritatem, luculento exemplo

in commentariis ad Parmenidem demonstrabimus. In eodem errore versantur Diogen. Laert. III. 1. et Schol. ad Tim. p. 424. ed. Bekk. Nimirum huic opinioni vel illud magnopere adversatur, quod Charmid. p. 157. E. legimus: *την τοῦ Κριτίου τοῦ Δρωπίδου οἰκίαν ὑπὸ Σόλωνος ἐγκεκωμιασμένην εἶναι.* Meam si de hac re quaeris sententiam, harum familiarum cognatio ab antiquiore aliquo Dropide repetenda videtur: quae coniectura num vera sit, aliis me doctioribus exquirendum relinquo. Certe quidem Procli error facili negotio inde poterit explicari.

His utcunque disputatis sequitur, ut de Astii iudicio explicandum sit, qui in hoc sermonis exordio plura inesse censuit, quae legentium animos vehementer offendant atque malam de libri fide et auctoritate suspicionem excitare possint. Quae qualia sint ordine deinceps videbimus.

Primum igitur illam commemorationem cognationis, quae Soloni cum Dropide intercesserit, adversari censet iis, quae leguntur Tim. p. 20. E. *ἦν μὲν οὖν οἰκεῖος καὶ σφόδρα φίλος ἡμῖν Δρωπίδου τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσει.* Ad quem locum nollem vir eruditissimus neglexisset scholiastae annotationem: *λέγονται γὰρ οἰκεῖοι καὶ οἱ συγγενεῖς.* Hesychius: *οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, καὶ ἴδιοι, καὶ οἱ κατ' οἰκίαν πάντες.* Quae observatio quum multis optimorum scriptorum ipsiusque Platonis exemplis possit confirmari, quae in Charmide legimus optime cum verbis Timaei convenire manifestum est.

Speciosius est illud, quod vir acutissimus dicit Platonem in hoc libro ambitiosius suae ipsius gentis nobilitatem praedicavisse. Hoc enim eiusmodi est, ut tam generosi animi virum prorsus dedecere videatur. Veruntamen re diligentius perpensa ne haec quidem dubitatio multum momenti habet. Ut enim taceam neminem temere gentem suam laudare dubitaturum, siquidem ea revera insignis virtutibus sit, fieri sane potest, id quod pereleganter suspicatus est Schleiermacherus, ut Plato iuvenili ambitione inflatus quo tempore haec scripsit ad rempublicam accedere voluerit. Epistol. VII. p. 324. B. C. *νέος ἐγώ ποτε ὢν πολλοῖς δὴ ταὐτὸν ἔπαθον· ᾠήθην, εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος, ἰπι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι, καί μοι τύχαι*

τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον· ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης μεταβολὴ γίγνεται, καὶ τῆς μεταβολῆς εἷς καὶ πεντηκοντά τινες ἄνδρες προὔστησαν ἄρχοντες, ἔνδεκα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ, περί τε ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων ὅσα τε ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει, τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες οἰκεῖοί τε ὄντες (ut Critias, et ipse Charmides, qui teste Xenophonte Hellen. II. 4, 19. inter decem Piraeei archontes fuit et eodem, quo ille, tempore interfectus est,) καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί, καὶ δὴ καὶ παρεκάλουν εὐθὺς ὡς ἐπὶ πράγματα προσήκοντά με. καὶ ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος· ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἐκ τινος ἀδίκου βίου ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν —. καὶ ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ χρυσοῦν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν τά τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον Σωκράτη — ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον (ad Leontem Salaminium), βίᾳ ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον, ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, εἴτε βούλοιτο εἴτε μή, — ἃ δὴ πάντα καθορῶν καὶ εἴ τιν' ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρά, ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν. κ. τ. λ. Quae qui attento perlegerit animo, facile in eam suspicionem deveniet, ut hunc librum cum Schleiermachero statuat haud ita pridem ante trigintavirorum dominationem literis consignatum esse, quo tempore philosophus e Clintonis rationibus pag. 66. et go. ed. Krüger circiter annum aetatis vigesimum quartum vel quintum agebat, iam per quadriennium fere Socratis discipulus. Quominus enim postea temporis eum scriptum putemus, illud maxime impedit, quod Socratis cum Critia familiaritas praecipua causa exstitit, cur vir innocentissimus condemnaretur: cuius rei clarum habemus testimonium Aeschin. adv. Timarch. p. 169. ed. Reisk. Atque hanc sententiam ipso sermonis argumento egregie confirmari arbitramur, quod totum ad Socratis doctrinam attemperatum est. Quo ipso Astii argumentatio prorsus redarguitur et convincitur.

Progredimur ad tertium quiddam, quod viro docto in hoc sermonis exordio vehementer displicuit. Socratem enim censet in eo introduci, non philosophum, sed vulgarem et libidinosum amatorem, qui se fateatur Char-

midis pulcritudine adeo fuisse perculsum, ut vix mentis compos fuerit. Quod convicium, iam ab Athenaeo L. V. p. 187. E. in ipsum Platonem coniectum, miramur sane a quoquam ita proferri potuisse, ut eo ad libri fidem labefactandam abuteretur. Nam primum quidem, ut prudenter monuit Ioannes Ochmannus Disp. de Charmide Plat. p. 16 sq., Socrates apud Platonem etiam in iis sermonibus, quos nec Astius tanquam suppositicios damnavit, talis fuisse perhibetur, qualis in hoc Charmidis loco depingitur. De qua re legisse iuvabit Sympos. p. 214. E. 216. A. C. p. 219. C. Protagor. in. et quae ad Phaedrum p 227. C. annotavimus. Et omnino frequens est maxime in Socraticorum libris commemoratio consuetudinis illius, quae inter iuvenes et adultos intercedebat, ut profecto malae et ignominiosae rei suspicio procul habenda sit; de qua re post Iacobsium, Hoeckium, O. Müllerum, exponere supervacaneum putamus. Deinde tota haec descriptio egregie ad universi libri argumentum et propositum est accommodata. Exhibetur enim species et imago adolescentis, cuius ipse vultus, habitus atque cultus talis est, ut facile suspicari liceat etiam animum bene compositum atque temperatum in eo inesse. Quis est igitur, quin Socratem videat Charmidis formositate et modestia ideo delectari maxime, quod in corpore pulcro etiam pulcram mentem habitare sibi persuasit? Nimirum ita demum temperantia prorsus absolvitur et consummatur, si cui est sana mens in corpore sano. Quod ipsum sentiens Socrates Platonicus non tam corporis formosi adspectu, quam animi modesti atque pulcri cogitatione abripitur et percellitur*).

Haec igitur sunt fere quae Astius in elegantissimo sermonis exordio vituperavit. Quibus exploratis redeamus tandem unde paullulum deflexit oratio, atque porro de libri argumento videamus. Itaque Socrates apud Platonem ita fere pergit narrare.

His auditis, inquit, ego rogabam Critiam, ut arcesseret adolescentulum, quo mihi cum eo colloquendi et

---

*) Xenoph. Mem. IV. 1, 2. πολλάκις γὰρ ἦφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν, φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματά πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀριτὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος.

ingenium eius explorandi fieret copia. Advocavit igitur, atque scite me et urbane ei tanquam medicum commendavit; conquestus enim erat de capitis doloribus. Praeter opinionem vero adolescens me statim nomine meo compellavit, ut quem olim cum Critia conversantem cognovisset, rogavitque, ut sibi remedium capitis dolorum indicarem. Respondi ego illud esse folium quoddam, quod tamen sine carmine incantationis vi medicandi careret. Quod enim, inquam, boni apud nos medici solent dictitare, non posse unam aliquam corporis partem recte sanari, nisi restituta sit totius corporis valetudo, idem de hoc medicamento tenendum est, cui nisi incantationis formula accesserit, frustra eo ad leniendos dolores uteris. Etenim nuper, quum in Thracia versarer, edocuit me quidam Zamolxidis sacerdos, quemadmodum singulae corporis partes sine totius corporis cura non possent persanari, ita nec corpus sine animi curatione posse in integram valetudinem restitui, quoniam quidquid boni vel mali homini accideret, id totum ab animo promanaret. Itaque animum censuit ante omnia sanari oportere, idque putavit effici posse quibusdam incantatiouum formulis, quarum utilitatem ita me edocuit, ut illud medicamentum nunquam nisi his antea usus adhiberem. Nam ita natura comparatum esse, ut restituta demum animi sanitate (*σωφροσύνῃ*) etiam corpus sanaretur. Ad haec Critias: Et vero adolescens ita capitis dolorem in lucro ponere debebit, siquidem iam futurum est, ut simul mentis medicina fruatur. Nec eam frustra a te puto adhibitum iri, quum Charmides noster non solum corpore, sed etiam animo aequales suos antecellat. Nec mihi ipsi (ita enim Socrates narrare pergit) hoc ullo modo mirum accidebat, quum ortus esset adolescens nobilissimis familiis, iam ab Anacreonte, Solone, aliis, magna humanitatis et sapientiae laude celebratis. Quocirca oratione ad eum conversa, Si igitur, inquam, o Charmide, mentis frueris sanitate, incantatione non erit opus, ut statim remedium capitis dolorum adhibere liceat. Ille vero amabili cum modestia respondit: Nec affirmare hoc ausim, o Socrate, nec negare: affirmans enim iactantiae crimen incurram; negans autem Critiae, tutoris mei, sententiam coarguere velle videbor. Quae quum adolescens dixisset, ego optimum factu arbitratus sum communiter videre, ecquae in eius animo *σωφροσύνη* inesset, ideoque ante omnia, quaenam esset tem-

perantiae vis et natura, subtilius investigare. Quam conditionem illi acceperunt *).

Nihil est in toto hoc loco, quod aliquem possit morari vel offendere. Nam quod Astius putat versus Euripideos Hippolyt. v. 480 sq. hic sinistre acceptos et male explicatos esse, ea criminatio tota est ficticia et inanis, ut ne verbo quidem redarguenda videatur. Illud autem diligenter est animadvertendum, de quo iam antea monui, vim et naturam τῆς σωφροσύνης talem informari, quae in animo bene morato et composito cernatur, et cuius veluti imago quaedam externa in Charmidis specie, vultu, habitu expressa conspiciatur. Cuius rei observatio quantum momenti faciat ad universi colloquii argumentum recte intelligendum, et ex iis, quae antea monuimus, perspicuum est, et mox etiam clarius apparebit. Pendet enim exinde rectum de iis iudicium, quae deinceps de σωφροσύνης notione disseruntur.

Etenim Socrates nunc adolescentem statim interrogat, quidnam illud sit, quo τὴν σωφροσύνην contineri arbitretur. Ille paullulum cunctatus respondet positam eam videri in eo, ut quis omnia agat lente et modeste. Nimirum hoc τῇ κοσμιότητι maxime convenire videri debuit, in qua magnam temperantiae partem inesse negari non potest. Verum Socrates, etsi eam sententiam concedit esse pervulgatam, tamen quoniam σωφροσύνη semper sit laudabilis, tarditas autem et cunctatio in plurimis rebus digna reprehensione, illam argumentatur non posse in lenta cunctatione consistere **).

Etenim est haec Charmidis definitio plus quam una ex parte manca et imperfecta, quum tarda cunctatio neque simpliciter sit laudabilis, nec omnem absolvat temperantiae naturam. Ex quibus vitiis Socrates callide non nisi alterum reprehendit, ne adolescentulus ab aliis temperantiae partibus et formis commemorandis prohibeatur. Similis est argumentatio Lachet. p. 192. A. — 194. A.

Intellecto errore suo Charmides aliam proponit σωφροσύνης definitionem. Vult enim eam in pudore et verecundia inesse. Verum hic Socrates denuo urget, quod antea erat concessum, σωφροσύνην esse pulcrum quiddam et honestum, ideoque τοὺς σώφρονας

*) P. 156. A. — 158. E.

**) P. 159. A. — 160. D.

per eam reddi honestos et eam ipsam ob causam etiam bonos, siquidem honesti atque boni arctissima sit coniunctio et necessitudo. Iam vero Homerum ait arbitrari pudorem egeno viro non esse bonum ideoque facere eum deteriorem. Ex quo consequi vult pudorem certe non semper et ubique bonum esse. Quum autem σωφροσύνη nunquam non sit honesta atque bona, eam colligit a pudore aliquantum differre *).

Frustra Astius p. 427. in hac argumentatione haesit. Nam etsi ea ducta est e vocabulorum ambiguitate, tamen illud quidem evidenter apparet, scriptorem σοφιστικῶς ludentem ostendere in una verecundia, eaque parum accurate finita, temperantiae notionem haudquaquam quaeri oportere.

Reiecta igitur hac quoque definitione adolescens aliam sententiam in medium affert. Narrat enim se aliquando audivisse quendam dicentem τὴν σωφροσύνην in eo positam esse, ut quis suas res agat (τὰ ἑαυτοῦ πράττειν). Cuius sententiae auctorem Socrates protenus suspicatur non esse alium nisi ipsum Critiam.

Etenim fuit haec sententia ore philosophorum multum celebrata, sicut e Timaeo p. 72. A. intelligitur. Quocirca Socrates haud absurde eam Critiae attribuit, quem constat quum omnino doctrinae et eruditionis studiis esse delectatum, tum sophistas lubenter audivisse; de qua re v. Tim. 20. A. Charmid. p. 163. D. Protagor. p. 316. A. p. 336. D. E., ubi Prodico maxime operam dedisse narratur. Itaque mirum non est, quod in proxima huius colloquii parte sophistae instar disserens inducitur similique modo a Socrate refutatur et perstringitur **). Etenim fieri potest, ut aegre tulerit Plato, quod Critias, quum Socratis usus esset familiaritate, tamen se ita sophistis in disciplinam dedisset, ut hos assidue sectaretur. Quocirca eum sic fecit in hoc sermone cum Socrate disserentem, ut ipse haec legens sentire deberet, quantum ratio disputandi Socratica sophistarum argutiis praestaret. Ex qua re facilem habet explicationem, quod Plato propinquum suum, quem alias, veluti in Timaeo et in eo dialogo, qui ipsius nomine in-

*) P. 160. D. — 161. A.

**) De Critia sophista v. Tennemann. Hist. Philos. T. I. p. 515 sqq. ibique Wendtium.

scriptus est, honorificentissime habuit, in hoc sermone ita induxit colloquentem, ut et ipse sophistarum more disserat, et Socrates eius disputationem non aliter coarguat atque facere consuevit, ubi cum ipsis agit sophistis. Enimvero Plato, quum disciplinae Socraticae illo tempore adhuc unice operam daret, eiusque esset tenacissimus, id sibi agendum putavit, ut hominem et doctum et acutum et sibi cognatum a sophistarum familiaritate avocaret. Quod tamen nihil impediit, quominus eundem, utpote Socraticis disputationibus eruditum, in libris postea scriptis alia conditione faceret colloquentem. Et in ea quidem, quae sequitur, disputationis parte manifestum est eum rideri propter nimium vocabulorum distinguendorum studium, cui se Prodico duce adeo dedisset, ut prae argutiarum captatione quid verum esset non animadvertere videretur. Itaque sic loquens inducitur, ut se ex difficultatibus, quibus obstrictus tenetur, haudquaquam expedire queat, quod idem in Hippia, Lyside, Lachete, aliis dialogis, similiter est institutum.

Audita enim illa temperantiae definitione, cuius postremo Charmides mentionem fecit, Socrates istud suas res agere admodum ambigue dici monet, ut aenigmati simile esse videatur. Nam suas res agere vulgo usurpari de iis, qui nomen scribant suum, vestes suas sibi conficiant, calceos sarciant, denique ea, quae ipsis opus sint, sibi faciant, in quibus omnibus σωφροσύνη certe nulla ratione cernatur. Quocirca suspicatur Critiam, aut quisquis fuerit auctor huius sententiae, fortasse ipsum ignoravisse, quaenam huic formulae vis et significatio subiicienda esset *). Quo quidem Socratis dicto Critias graviter lacessitus, ne causam suam deseruisse videatur, protenus se sermoni immiscet. Suscipit autem definitionis illius patrocinium ita, ut inter id, quod facere atque agere dicatur, discrimen statuat. Negat igitur agere nos ea, quae sint aliorum; facere, concedit. Quam in rem utitur testimonio quodam Hesiodi, qui quae honeste fiant afferantque utilitatem, opera et actiones appellet; quae autem habeant aliquam vel turpitudinis vel inutilitatis notam, ea facere nos dicat, ut adeo poeta pulcra tantum et utilia propria sive οἰκεῖα, noxia autem et inhonesta aliena iudicasse

*) P. 161. A. — 162. A.

censendus sit. Hic vero Socrates: At nonne potius eo, ad quod actiones hominum referuntur, σωφροσύνης notio definienda est? Mihi quidem certe ii soli videntur σώφρονες esse, qui bonum et honestum vel agunt vel faciunt; nihil enim impedio, quominus utrovis verbo utaris. Cui sententiae Critias, sentiens videlicet inane esse illud, quod posuerat, verborum discrimen, protenus assentitur, omnemque σωφροσύνης vim et naturam inesse vult in actionibus, quae ad bonum et utile referantur *).

Ad haec Socrates: Fortasse, inquit, recte statuisti. Illud autem miror magnopere, quod σώφρονας putas interdum posse ignorare se esse σώφρονας; concessisti enim paullo ante nihil impedire, quominus opifices etiam aliis aliquid facientes σώφρονες haberentur. Iam vero medici, etiamsi quem sanum reddiderunt, tamen non possunt praevidere, qualis futurus sit curationis eventus; similisque aliorum opificum ratio est. Intellecto igitur errore suo Critias negat quenquam, siquidem σώφρων videri velit, scientia posse carere, ideoque temperantiam vel maxime in eo vult esse contentam, ut quis sui ipsius habeat cognitionem, id est, sciens utilia et honesta faciat. Quod ipsum ait significari etiam illa templi Delphici inscriptione, qua nosmet ipsos noscere iubeamur **).

Et hanc quidem sententiam Socrates, qui callide simulat rei ignorantiam, accuratius censet examinandam esse atque explorandam. Itaque deinceps quaeritur, qualis illa scientia sit et quorsum ea referatur. Qua disputatione Critias pedetentim eo deducitur, ut postremo appareat eum huius scientiae nullam fere habere notitiam planeque expertem esse eius rationis, quam supra Socrati propriam fuisse ostendimus. Tantum abest enim, ut scientiam cum virtute coniunctam videat nihil esse aliud nisi boni et honesti cognitionem cum certa officii persuasione coniunctam, ut in alia omnia discedat. Atque hoc si perspectum habuisset Astius, certe non erat scripturus quod p. 424. pronuntiavit, temperantiam hoc loco sui cognitione definiri eamque sententiam a Platonis doctrina esse alienam. Nam tota haec

*) P. 162. A. — 164. A.

**) P. 164. A. — 165. E.

disputatio e doctrina Socratica iudicanda est, quam Plato quo tempore haec scripsit studiose sectabatur. Huc accedit, quod scientia ne seiungitur quidem ab actione, ut Socratica doctrina hac ex parte facillime queat conciliari cum iis, quae Plato postea temporis de *σωφροσύνης* notione exposuit Phaedr. p. 237. E. *δόξης μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ ἀγούσης καὶ κρατούσης, τῷ κράτει σωφροσύνη ὄνομα· ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἑλκούσης ἐπὶ ἡδονὰς καὶ ἀρξάσης ἐν ἡμῖν, τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη.* Sympos. p. 196. C. *εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν.* De Rep. III. p. 389. D. E. sq. IV. p. 430. C. — E. p. 432. A. p. 442. C. D. Etenim ne posteriore quidem tempore Plato temperantiam rationis imperio vacare posse censuit, quanquam eam non tam scientia, quam mentis quadam vi et robore illius iussa et dictata in moderandis animi affectibus et cupiditatibus exsequentis contineri iudicavit. Itaque Phaedon. p. 68. C. p. 82. B. *την δημοτικὴν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετήν, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσυνὴν τε καὶ δικαιοσύνην,* dicit *ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ,* eoque nomine illam a vera philosophi virtute diversam esse arbitratur, quam sententiam etiam De Rep. X. p. 619. C. adumbravit. Atque his ita explicatis facile diiudicabitur, quid de ea, quae deinde agitatur, disputatione statuendum sit. Revertamur igitur ad eius enarrationem.

Itaque Socrates ad Critiam: Ergo tu, inquit, o bone, temperantiam censes scientia esse contentam. Quum vero omni scientiae et disciplinae aliquid sit propositum, in quo efficiendo tanquam opere suo versetur, dic mihi, quaeso, quid sit illud, quod *σωφροσύνῃ* subiectum putari debeat. Negat Critias eandem esse omnium artium ac disciplinarum rationem, siquidem arithmetica, geometria, aliae, nihil efficiant, quod architecturae ceterarumque id genus artium operibus simile sit. At vero, respondet Socrates, illud tamen non potest negari, omnem scientiam absolvi alicuius rei cognitione: ergo quaerendum certe nobis est, cuiusnam rei scientia sit *ἡ σωφροσύνη.* Respondet Critias esse eam ceterarum artium (*ἐπιστημῶν*) omnium atque sui ipsius cognitionem. Nimirum vult ille *την σωφροσύνην* esse veluti animi quandam conscientiam eorum omnium, quae noverimus. Eandem vero Socratis quoque suspi-

catur esse sententiam, quam tamen is pro more suo callide dissimulet et occultet. Enimvero inaudiverat Critias fortasse aliquid de hoc Socratis placito, quod tamen parum recte intellexerat. Sed Socrates iterum iterumque affirmat se unice veri exquirendi gratia disputare, eaque re Critiam permovet, ut quid rei sit, porro quaerendum statuat.

Itaque eius sententiam examinaturus Socrates ante omnia tanquam certum et exploratum ponit eum, qui scientiae scientiam teneat, etiam inscientiae scientiam habiturum. Ex quo colligit *τὸν σώφρονα* solum intellecturum esse tum quid ipse sciat nesciatve, tum quid alii sciant aut scire se opinentur. Quibus ita constitutis duplicem oriri quaestionem ait, alteram, num fieri possit, ut quis sciat, quid sciat nesciatve; alteram, ecquid commodi et utilitatis ex hac scientia redundet *).

Et de priore quidem quaestione Socrates haec fere cum Critia disserit. Videtur, inquit, recte posse dubitari, num eiusmodi scientia, quae sit *τῆς ἐπιστήμης ἐπιστήμη*, revera reperiatur. Ponentes enim esse scientiam aliquam, quae nullius rei nisi sui ipsius et ceterarum disciplinarum scientiae scientia sit, pugnantia et absurda statuemus. Nam sive corporis sive animi vires sive alia quaecunque consideraveris, nihil usquam invenies, quod vim suam in semet ipso neque in aliis rebus habeat. Ita visus non semet ipsum ceterosque visus, sed res adspectabiles percipit: eademque ratio est auditus et ceterorum sensuum omnium. Similiter desiderium alicuius rei non ad ipsum desiderium, voluntas non ad voluntatem, amor non ad amorem, metus non ad metum, opinio non ad opinionem refertur, sed haec omnia habent aliquid sibi subiectum, quod ab ipsis diversum sit. Rebus autem ita comparatis qui tandem poterit fieri, ut scientia eiusmodi reperiatur, quae sit nonnisi sui ipsius ceterarumque *ἐπιστημῶν* scientia? **) Nimirum omnis scientia quum ad aliquid referatur, quidquid autem ad aliquid refertur, ab eo ipso diversum sit, ad quod referendum est, sequitur, ut scientia ab eo diversa sit, ad quod ipsa pertineat. Ex quo colligere licet non esse ullam scientiam, quae ad semet ipsam pertineat; nisi forte demonstratum fuerit esse nonnulla ita com-

*) P. 165. B. — 167. B.

**) P. 167. B. — 168. B.

parata, ut tantummodo ad ipsa referantur neque externam habeant necessitudinem, et ad hoc rerum genus etiam temperantiam referri oportere *).

Critia ita in consilii inopiam coniecto Socrates, missa ampliore huius rei disputatione, iam statim ad alteram quaestionem accedit de talis scientiae utilitate. Sciscitatur igitur, quid tandem sit, quod ope istiusmodi scientiae plenius aut facilius cognoscatur. Enimvero quum antea temperantiae natura in eo posita sit, ut quis sciat ea, quae sciat nesciatve, Socrates hoc nunc quaerere existimandus est, qui fieri possit, ut quis ope τῆς σωφροσύνης sciat quae sciat aut nesciat. Respondet autem ad haec Critias, istud quidem facilem ex ipsa rei natura explicationem habere. Qui enim scientiam habeat, quae semet ipsam cognoscat, eum ipsum fore talem, quale sit illud, quod habeat. Quemadmodum igitur is, qui habeat velocitatem, velox sit, ita eum, qui habeat scientiam semet ipsam cognoscentem, se ipsum cognoscere **). Et largitur Socrates eum, qui sui cognitionem habeat, etiam semet ipsum noscere. Illud autem incertum atque dubium arbitratur, num is, qui istam sui cognitionem habeat, etiam sciat illud ipsum, quod sciat aut nesciat. Nam quam tu describis, inquit, o Critia, sui cognitionem, ea nihil aliud nisi scientiam ab inscientia potest distinguere; sed illud ipsum, quod cuiusque artis scientiae est subiectum, haudquaquam cognoscere et intelligere nos docet. Nam temperans iste, quem tu informasti, si iustum ab iniusto, sanum ab insano distinguere voluerit, profecto etiam artis medicae et disciplinae civilis debebit esse peritus, quae sibi solis bonae et malae valetudinis vel iustitiae et iniustitiae notitiam vindicant. Quodsi igitur quispiam nonnisi scientiae scientiam teneat, nec vero id, quod ei subiectum est, didicerit, poterit ille quidem novisse se vel alios aliquid scire aut nescire, sed quid sit illud, quod quis sciat vel nesciat, scire non poterit ***). His ita explicatis, Socrates denuo Critiam interrogat, quamnam existimet utilitatem ex eiusmodi scientia perceptum iri. Nam illud quidem largitur non esse dubium, quin ea si ipsas res compre-

*) P. 168. B. — 169. B.

**) Usque ad p. 169. E.

***) P. 169. E. — 171. C.

hendat, longe amplissima et praestantissima futura sit; quoniam autem non videatur talis esse, amplius de eius usu quaerendum arbitratur *).

Quo clarius igitur σωφροσύνης utilitas perspiciatur, Socrates iam ultro ponit et concedit eam etiam rerum ipsarum complecti cognitionem. Verum mira quadam sermonis conversione nunc sibi in mentem ait venire ne sic quidem eam quidquam ad vitae beatitatem posse. Nam licet concedendum sit vitam humanam ita secundum artium scientiam peractum iri, tamen plurimarum artium cognitionem ita ait esse comparatam, ut homines per eam haudquaquam felices reddantur. Neque id negat Critias, qui et ipse homines boni et mali scientia potissimum felices reddi iudicat. Quo audito Socrates: Ergo non est σωφροσύνης nobis prodesse; haec enim ex tua sententia nihil aliud est quam scientiae scientia quaedam, a qua boni et mali scientia plurimum differre videtur **).

Absoluta hac disputatione evidenter apparet Critiam non perspectum habere, qualis scientia ad σωφροσύνην requiratur. Quanqnam extremo sermone verae rationis indicium fit, siquidem Socrati erat persuasum eum, qui bonum et honestum cognovisset, etiam animi perturbationes superaturum et σώφρονα futurum esse. Quocirca Xenophon. Memor. III, 9, 4. προσερωτώμενος δέ, εἰ τοὺς ἐπισταμένους μὲν ἃ δεῖ πράττειν, ποιοῦντας δὲ τἀναντία, σοφούς τε καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι νομίζοι, Οὐδέν γε μᾶλλον, ἔφη, ἢ ἀσόφους τε καὶ ἀκρατεῖς· πάντας γὰρ οἶμαι, προαιρουμένους ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, ἃ οἴονται συμφορώτατα αὐτοῖς εἶναι, ταῦτα πράττειν, quo loco diligenter est observandum Socratem bonum ab utili non seiunxisse, de quo viri placito prudenter exposuit Stäudlin. Geschichte der Moralphilosophie p. 84 sqq. Atque haec quum ita se habeant, neminem putamus dubitaturum esse, quin etiam altera sermonis pars, qua de scientia ad virtutem necessaria disceptatur, magis ad errores coarguendos quam ad exquirendum verum comparata sit.

Quanquam autem Critias erroris culpam sustinet omnem, tamen Socrates egregia cum urbanitate suae

*) P. 171. C. — 172. C.

**) P. 172. C. — 175. A.

ipsius inertiae tribuit, quod temperantiae notionem non potuerint exquirere. Accepta enim Critiae responsione: Ergo non frustra equidem verebar, inquit, ne ego parum sollers essem harum rerum investigator. Neque enim iam id, quod communi hominum consensione pro bono habetur, videretur inutile, si disserendi peritus essem. Sed nimirum non contigit nobis temperantiae naturam invenire, licet multa sumserimus et concesserimus, quae quominus tanquam vera ponerentur, rationes nostrae prohibebant. Quanquam enim evidenter apparebat neque scientiam ullam esse, quae ad unam scientiam referretur, neque materiam reliquarum artium ei esse subiectam, tamen utrumque ita se habere posuimus, ut aliquid proficeremus. Verum spes nostra irrita fuit, siquidem adhuc ignoramus, quid sit illud, in quo vis et natura temperantiae cernatur *).

Tum vero oratione ad Charmidem conversa ita pergit dicere: Et meam quidem vicem, o bone, minus doleo quam tuam, qui quum tanta et animi et corporis virtute insignis sis, tamen ex temperantia nullam sis percepturus utilitatem. Quanquam non credo rem ita se habere, sed omnis erroris huius culpa in meam inscitiam conferenda est. Nihilominus autem mihi persuasi temperantiam in bonis numerari oportere, ut, si quis ea praeditus sit, is felix et beatus esse videatur. Considera igitur iam denuo, num illa incantationis formula, de qua initio sermonis dicebam, tibi opus sit. Ad quae adolescens: At quomodo ego sciam, utrum *σώφρων* sim necne, quum ne vos quidem *σωφροσύνης* vim et rationem exquirere potueritis? Quanquam ego quidem ista incantatione mihi valde opus esse existimo, facileque patiar, ut a te incanter quotidie, dum tu satis esse iudicaveris. Hic vero Critias: Hoc tu si ita feceris, o Charmide, magno id mihi erit argumento te re vera temperantem esse. Cui ille: Faciam vero inde ab hoc die; perperam enim agerem, si tibi tutori meo non obsequerer, nec consilio tuo obtemperarem **).

Hic igitur est sermonis finis et exitus, in quo manifestum est significari unum solum Socratem et temperantiae vim recte novisse et id posse efficere, ut ado-

*) P. 175. A. — D.

**) P. 175. D. usque ad finem.

lescentes eius virtutis studio et amore incendantur atque inflammentur.

Non opus esse putamus, ut nunc singulatim de libri proposito et consilio exponatur. Speramus enim ipsa argumenti enarratione satis declaratum esse illud potissimum in eo agi, ut falsae de temperantia opiniones coarguantur et simul rationis Socraticae praestantia ostendatur. Quod vero Charmides adolescens ita depingitur, ut ipsa natura atque fortuna eum perfectae temperantiae exemplar fingere voluisse videatur, Critias contra sic disserit, ut Socraticae σωφροσύνης praestantiam non perspiciat, suspicari licet philosophum simul voluisse alterum laude eius virtutis afficere, qua eum maxime insignem fuisse e Xenoph. Mem. III, 7. appareret; alterum leniter admonere, ut ne disciplinam Socraticam contemneret. Narrat enim Xenoph. Mem. I, 2, 12 — 16. Critiam posteaquam se putaverit Socratis familiaritate et institutione idoneam disserendi facultatem adeptum esse, magistrum deseruisse eius disciplinae immemorem.

Atque his utcunque explicatis nihil in toto hoc libro inesse apparebit, quod fraudis alicuius vel erroris suspicionem moveat. Quocirca non accedimus Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 419 sqq. *) et Ios. Sochero De Plat. Scriptis p. 130 sqq., qui eum Platoni abiudicandum censuerunt. Nec iis accessit Io. Ochmann Commentat. Uratislav. 1827. 8. edita, quae sic inscripta est: Charmides Platonis qui fertur dialogus num sit genuinus quaeritur; quanquam is de sermonis argumento et proposito non omnino recte iudicavit. Ceterum Schleiermacherus hunc quoque librum Protagorae tanquam cumulum accessisse arbitratur, a quo cur ea in re dissentiamus, ex Praefatione ad Lachetem perspicietur.

Perpetuo commentario, in grammaticis maxime rebus occupato illo, instruxit hunc librum Ludov. Frid. Heindorfius, Dialogg. Select. Vol. I. Berol. 1802. 8., quae editio curante Philippo Buttmanno repetita est ibid. 1827. Secunda editio textum, quem vo-

*) Quae vir doctissimus ibid. p. 423. et p. 427 sq. protulit νοθείας argumenta, noluimus singulatim refellere: sunt enim nullius fere momenti.

cant, exhibet ex Bekkeri opibus criticis emendatum, simulque ea complectitur, quae Heindorfius in annotatione critica Platonis Apologiae a. 1805. editae praefixa monuerat.

CODICES.

Bodl. sive Clarkian. Coisl. Vat. Θ. Ven. $\Xi\Sigma$. Paris. B. C. E. F. G. Ambros. (r). Angel. (w). Barber. (η). Vindob. (1.) Flor. a. b. c. i. o.

ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΚΡΙΤΙΑΣ,
ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

Cap. I. Ἦκον μὲν τῇ προτεραίᾳ ἑσπέρας ἐκ 153
Ποτιδαίας ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, οἷον δὲ διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἀσμένως ἦα ἐπὶ τὰς ξυνήθεις διατριβάς. καὶ δὴ καὶ εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν τὴν καταντικρὺ τοῦ τῆς βασιλικῆς ἱεροῦ εἰσῆλθον, καὶ αὐτόθι κατέλαβον πάνυ πολλούς, τοὺς μὲν καὶ

Cap. I. P. 153. τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας] καὶ om. Flor. a. c. o. Ang. Ven. Σ. sed vide ann. Pro ἐμοὶ Heindorf. malebat μοι.

Cap. I. P. 152. Ἦκον μὲν τῇ προτεραίᾳ —] Exordium libri elegantier convertit in sermonem Latinum Politianus Oper. ed. Bas. 1553. p. 449 sqq. — διὰ χρόνου, interiecto aliquo temporis intervallo; v. ad Hipp. mai. p. 281. A. — αἱ ξυνήθεις διατριβαὶ ab aliis de solitis exercitiis, ab aliis, veluti ab Heindorfio, de ipsis locis, ubi Socrates commorari consueverat, intelliguntur. Equidem commorandi, disputandique notiones in unum coniunxerim, ut vocabulum respondeat fere Latino conversationes. Gorg. p. 484. E. ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατριβὰς ἔλθωσι καὶ λόγους, καταγέλασιοι γίγνονται. Apolog. Socr. p. 37. D. ὅτι ὑμεῖς — οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ λόγους. Ibid. p. 41. A. ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι κ. τ. λ. Solebat autem Socrates in gymnasiis et palaestris cum aliis conversari, unde hic etiam Taureae palaestram ingressus esse dicitur, quae sita erat e regione templi Iovis Σωτῆρος sive Ἐλευθερίου, cui porticum regiam (τὴν βασιλικὴν στοὰν) adiunctam fuisse Meursius Lectt. Att. VI. 17. docuit. conf. Pausan. I, 8. De Taurea, palaestrae conditore, Heindorf. conferri iubet interprett. ad Lucian. De Parasit. §. 43, ubi hic Platonis locus respicitur.

τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας]

ἀγνῶτας ἐμοί, τοὺς δὲ πλείστους γνωρίμους. καί με
B ὡς εἶδον εἰσιόντα ἐξ ἀπροσδοκήτου, εὐθὺς πόρρωθεν
ἠσπάζοντο ἄλλος ἄλλοθεν· Χαιρεφῶν δέ, ἅτε καὶ
μανικὸς ὤν, ἀναπηδήσας ἐκ μέσων ἔθει πρός με, καί
μου λαβόμενος τῆς χειρός, Ὦ Σώκρατες, ἦ δ' ὅς,
πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; Ὀλίγον δὲ πρὶν ἡμᾶς
ἀπιέναι μάχη ἐγεγόνει ἐν τῇ Ποτιδαίᾳ, ἣν ἄρτι ἦσαν
οἱ τῇδε πεπυσμένοι. Καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὸν ἀποκρινό-
μενος, Οὐτωσί, ἔφην, ὡς σὺ ὁρᾷς. Καὶ μὴν ἤγγελ-
C ταί γε δεῦρο, ἔφη, ἥ τε μάχη πάνυ ἰσχυρὰ γεγονέ-
ναι καὶ ἐν αὐτῇ πολλοὺς τῶν γνωρίμων τεθνάναι.
Καὶ ἐπεικῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀληθῆ ἀπήγγελται. Πα-

B. *Ἴθει πρός με*] Heind. corr. *πρός ἐμέ*. frustra. v. ad Gorg. 489. E. Protagor. p. 335. coll. Buttmann. Gramm. max. §. 72. 4. ann. 3.

C. *Παρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς,*] Steph. *μὴν* coniiciebat; Heindorf. *μὲν* delendum censebat; perperam uterque.

οὐ γάρ τί πω] V. *τοί πω*, quod pro huius loci sententia paullo gravius asseveravat. Illud *τι* Bekkerus in suis omnibus re-

„Illud *καὶ* ad *τοὺς μὲν* pertinet, quod ne redundare videatur, sententiam ita inversam cogita: *τοὺς μὲν πλείστους γνωρίμους, τοὺς δὲ καὶ ἀγνῶτας ἐμοί.*" Heindorf.

B. *ἅτε καὶ μανικὸς ὤν*] Quid sit *μανικός*, ex hoc loco planissime perspicias. Qui enim hic *μανικὸς* vocatur Chaerephon, de eodem Apol. Socr. p. 21. A. *Ἴστε δὴ οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε.* Eodem spectat quod narrat Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 144. conf. Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 205.

Ὀλίγον δὲ πρὶν ἡμᾶς ἀπιέναι —] Olymp. 87. 2.

C. *Παρεγένου μέν* — *τῇ μάχῃ;*] Substitui notam interrogandi in locum plenae interpunctionis, quam sequens responsio non ferre videbatur. Vana est enim Stephani suspicio scribendum putantis *μήν*. Exempla voculae ita in interrogatione positae collegerunt Heindorf. ad Theaet. §. 49. et Elmsleius ad Eurip. Med. v. 1098, ad quem locum Hermannus in Censura: „*Μὲν* illud, inquit, non est interrogativum ita, ut rectae interrogationi conveniat, i. e. ei, qua nescientes aliquid interrogamus, sitne an non sit: ut in v. 659. *Θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ*, si hic sensus est: estne fas me cognoscere oraculum, an non? non potuit *μὴν* poni. Sed ponitur haec particula tantum in interrogatione figurata, qua significamus opinari nos illud esse, de quo interrogamus. Itaque *ὑγιαίνεις μέν;* non est sanusne es? sed, certe non insanis, opinor? Apertum est autem, cur hoc genus interrogationis *μὲν* requirat. Nam si explices quae

ρεγένου μέν, ἦ δ' ὅς, τῇ μάχῃ; Παρεγενόμην. Δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος ἡμῖν διήγησαι· οὐ γάρ τί πω πάντα σαφῶς πεπύσμεθα. Καὶ ἅμα με καθίζει ἄγων παρὰ Κριτίαν τὸν Καλλαίσχρου. παρακαθεζόμενος οὖν ἠσπαζόμην τόν τε Κριτίαν καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ διηγούμην αὐτοῖς τὰ ἀπὸ στρατοπέδου, ὅ τι μέ τις ἀνέροιτο· ἠρώτων δὲ ἄλλος ἄλλο.

Cap. II. Ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην εἴχομεν, αὖθις ἐγὼ αὐτοὺς ἀνηρώτων τὰ τῇδε, περὶ φιλοσοφίας ὅπως ἔχοι τὰ νῦν, περί τε τῶν νέων, εἴ τινες ἐν αὐτοῖς διαφέροντες ἢ σοφίᾳ ἢ κάλλει ἢ ἀμφοτέ- D

perit praeter Ven. Σ. Paris. F. et Ambros. Ex nostris nihil erat enotatum.

Cap. II. D. ἄδην εἴχομεν] V. ἄδην, quod e Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. B. mutatum.

ὅπως ἔχοι τὰ νῦν] V. ἔχει, invitis codd. Mox vulgo ἢ ἀμφότερα, quod etsi per se non est spernendum, tamen quia in uno Par. E. legi videtur, propter codicum auctoritatem mutandum fuit.

in breve contracta sunt, hoc habes: opinor quidem ita esse, sed dubitare cogor. Id egregie declarat locus Euripidis in Ione, quem attulit Elmsleius. Continet enim plenam sententiam, addito opposito: εὖ φρονεῖς μέν, ἦ σ' ἐμηνέ τις βλαβή; sanum quidem te esse opinor, nisi quid mentem tuam perturbavit? Aliter Buttmannus ad Menon. p. 82. B., qui μὲν ita positum indicare censet exspectari alterius affirmationem, ut Lat. opinor, haud dubie. Differre autem existimat hanc interrogandi formam ab illa, quae ποὺ additum habeat: nam ποὺ significare, exspectari alterius assensum in re aliunde satis certa, μὲν autem aliquid tanquam consentaneum et necessarium indicare. Ego vero Hermanno assentiendum puto, atque hunc locum sic interpretor: opinor quidem te pugnae interfuisse, nisi quid te prohibuit.

Δεῦρο δή, ἔφη, καθεζόμενος —] V. ad Lysid. p. 203. B. Mox ne quis pro ἄγων legendum suspicetur ἀγαγών, eodem modo Homer. Odyss. α'. 130. αὐτὴν δ' ἐς θρόνον εἶσεν ἄγων. ω', 270. τὸν μὲν ἔγὼ πρὸς δώματ' ἄγων εὖ ἐξείνισσα. Sophocl. Oed. Col. 910. πρὶν ἂν κείνας ἐναργεῖς δεῦρό μοι στήσῃς ἄγων. Ibid. 1342. ὥστ' ἐν δόμοισι τοῖσι σοῖς στήσω σ' ἄγων. Philoct. 608. δέσμιόν τ' ἄγων ἴδοις' Ἀχαιοῖς.

Cap. II. D. εἴ τινες — ἐγγεγονότες εἶεν] Stephanum εὖ γεγονότες coniicientem optime refellit Heindorf. comparans illa Epist. XI. p. 359. B. ὅταν ἐν τοιούτοις καιροῖς ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς ἐγγένηται. Sententia verborum haec est: si qui inter eos vel sapientia vel pulcri-

ροις ἐγγεγονότες εἶεν. καὶ ὁ Κριτίας ἀποβλέψας πρὸς
154 τὴν θύραν, ἰδών τινας νεανίσκους εἰσιόντας καὶ λοι-
δορουμένους ἀλλήλοις καὶ ἄλλον ὄχλον ὄπισθεν ἑπό-
μενον, Περὶ μὲν τῶν καλῶν, ἔφη, ὦ Σώκρατες,
αὐτίκα μοι δοκεῖς εἰσεσθαι· οὗτοι γὰρ τυγχάνουσιν
οἱ εἰσιόντες πρόδρομοί τε καὶ ἐρασταὶ ὄντες τοῦ δο-
κοῦντος καλλίστου εἶναι τά γε δὴ νῦν· φαίνεται δέ
μοι καὶ αὐτὸς ἐγγὺς ἤδη που εἶναι προσιών. Ἔστι
δέ, ἦν δ' ἐγώ, τίς τε καὶ τοῦ; Οἶσθά που σύ γε,
ἔφη, ἀλλ' οὔπω ἐν ἡλικίᾳ ἦν πρίν σε ἀπιέναι, Χαρ-
μίδην τὸν τοῦ Γλαύκωνος τοῦ ἡμετέρου θείου υἱόν,
B ἐμὸν δὲ ἀνεψιόν. Οἶδα μέντοι νὴ Δία, ἦν δ' ἐγώ·
οὐ γάρ τι φαῦλος οὐδὲ τότε ἦν ἔτι παῖς ὤν, νῦν
δ' οἶμαί που εὖ μάλα ἂν ἤδη μειράκιον εἴη. Αὐ-
τίκα, ἔφη, εἴσει καὶ ἡλίκος καὶ οἷος γέγονε. Καὶ
ἅμα ταῦτ' αὐτοῦ λέγοντος ὁ Χαρμίδης εἰσέρχεται.

Cap. III. Ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ ἑταῖρε, οὐδὲν σταθμη-

P. 154. B. *οὐ γάρ τι φαῦλος*] V. τοι, quod e Bodl. Vat. Θ. Ven. Σ. Par. BC. Ang. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o, mutatum. Mox *που* om. Par. G., de cuius voculae collocatione vide ad Phaedr. p. 258. B. Pertinet enim ad *εὖ μάλα ἂν ἤδη μειράκιον εἴη*. Nec vero praeter usum post *οἶμαι* illatum est, sicuti docebunt quae ad Lysid. p. 221. E. adscripsimus.

Cap. III. *σχεδὸν γάρ τί μοι π.*] Steph. *τοί μοι*, invitis

tudine vel utraque simul insignes exstitissent.

170 οἶδεν; Ὅτι, ὦ Σώκρατες, ταὐτόν ἐστι τοῦτο ἐκείνῳ. Ἴσως, ἔφην· ἀλλ' ἐγὼ κινδυνεύω ἀεὶ ὅμοιος εἶναι· οὐ γὰρ ἂν μανθάνω, ὡς ἔστι τὸ αὐτὸ ἃ οἶδεν εἰδέναι καὶ ἃ τις μὴ οἶδεν εἰδέναι. Πῶς λέγεις, ἔφη; Ὧδε, ἦν δ' ἐγώ. ἐπιστήμη που ἐπιστήμης οὖσα ἆρα πλεῖόν τι οἵα τ' ἔσται διαιρεῖν ἢ ὅτι τούτων τόδε μὲν ἐπιστήμη, τόδε δ' οὐκ ἐπιστήμη; Οὔκ, ἀλλὰ τοσοῦτον. Ταὐτὸν οὖν ἐστιν ἐπιστήμη τε καὶ ἀνε-
B πιστημοσύνη ὑγιεινοῦ, καὶ ἐπιστήμη τε καὶ ἀνεπιστημοσύνη δικαίου; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τὸ μέν, οἶμαι, ἰατρική, τὸ δὲ πολιτική· τὸ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιστήμη. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν ἐὰν μὴ προσεπίστηταί τις τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ἐπιστήμην μόνον γιγνώσκῃ, ἅτε τούτου μόνον ἔχων ἐπιστήμην, ὅτι μέν

P. 170. *ταὐτόν ἐστι τοῦτο ἐκείνῳ*] τοῦτο Cornario debetur. Libri habent *ταὐτὸν ἐστι τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ*. *τόδε δ' οὐκ ἐπιστήμη*;] Sic Coisl. Ven. Σ. Par. BG. Barb. Flor. a b. c. o. et corr. Par. F. Vulgo legebatur τὸ δ' οὐκ ἐπ.

sublaturus Critias respondet: Ὅτι, ὦ Σ., *ταὐτόν ἐστι τοῦτο ἐκείνῳ*, fieri id affirmans propterea posse, quod *τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν* nihil sit aliud quam *εἰδέναι τινὰ ἃ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδεν*. In tanta sententiae simplicitate et perspicuitate sanequam licet mirari, quod codd. omnes cum vett. editt. *ἐστὶ τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ* scriptum exhibent. Quod recte sensit Cornarius in *ἐστὶ τοῦτο ἐκείνῳ* commutari oportere.

P. 170. *οὐ γὰρ αὖ μανθάνω, ὡς ἔστι τὸ αὐτὸ*] Concedit Socrates idem esse *τὸ γιγνώσκειν ἑαυτὸν* atque *τὸ εἰδέναι ὅ τι οἶδε καὶ ὅ τι μὴ οἶδεν*: illud negat, qui se ipse noverit, eundem protenus novisse *ἃ οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδεν*. Itaque ad *τὸ αὐτὸ* liquet requiri *τῷ εἰδέναι ὅτι οἶδε καὶ ὅτι μὴ οἶδεν*. Quanquam vero audacior est Schleiermacheri coniectura locum ita refingendum putantis: *ὡς ἔστι τὸ αὐτὸ τῷ ὅτι τις οἶδεν εἰδέναι τὸ ἃ οἶδεν κ. τ. λ.*, tamen in eam inclinat animus sententiam, ut illam longissime anteponendam censeamus rationi Heindorfii, qui ad *τὸ αὐτὸ* e superioribus *ἐκείνῳ* intelligendum censet, totum locum ipso argumentationis tenore clarum et perspicuum fieri ratus. Nimirum sic quidem rem habemus confitentem. Quid enim maiori potest esse documento totum hunc locum intolerabili laborare obscuritate, quam quod qui eum defendit, ultro concedit ipsa per se verba mutila esse et per argumentationis progressum demum aliquam lucem accipere? Sed quod caput rei est, illud ipsum *ἐκείνῳ*, quod Heindorf. intelligendum esse censuit, in praecedentibus nihil habet, quorsum commode referatur. Nam ut ad *τὸ ἑαυτὸν γιγνώσκειν* spectet, tamen hanc formulam significare *τὸ εἰδέναι*

τι ἐπίσταται καὶ ὅτι ἐπιστήμην τινὰ ἔχει, εἰκότως ἂν γιγνώσκοι καὶ περὶ αὑτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἢ γάρ; Ναί. Ὅ τι δὲ γιγνώσκει, ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ πῶς εἴσεται; C γιγνώσκει γὰρ δὴ τὸ μὲν ὑγιεινὸν τῇ ἰατρικῇ, ἀλλ' οὐ σωφροσύνῃ, τὸ δ' ἁρμονικὸν μουσικῇ, ἀλλ' οὐ σωφροσύνῃ, τὸ δ' οἰκοδομικὸν οἰκοδομικῇ, ἀλλ' οὐ σωφροσύνῃ, καὶ οὕτω πάντα. ἢ οὔ; Φαίνεται. Σωφροσύνη δέ, εἴπερ μόνον ἐστὶν ἐπιστημῶν ἐπιστήμη, πῶς εἴσεται, ὅτι τὸ ὑγιεινὸν γιγνώσκει ἢ ὅτι τὸ οἰκοδομικόν; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρα εἴσεται ὁ οἶδεν ὁ τοῦτο ἀγνοῶν, ἀλλ' ὅτι οἶδε μόνον. Ἔοικεν. Cap. XVIII. Οὐκ ἄρα σωφρονεῖν τοῦτ' ἂν εἴη οὐδὲ σωφροσύνη, εἰδέναι D ἃ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδεν, ἀλλ', ὡς ἔοικεν, ὅτι οἶδε καὶ ὅτι οὐκ οἶδε μόνον. Κινδυνεύει. Οὐδὲ ἄλλον

B. ὅτι μέν τι ἐπ.] V. μέν τοι, quod ex plurimis libris emendatum.

πῶς εἴσεται;] Sic Par. G. Vind. Flor. i. Bodl. et Coisl. corr. Vulgo ὅπως.

τινὰ ὅτι οἶδεν hic certe indicandum fuit, ne parum recte procederet argumentatio.

Ταὐτὸν οὖν ἐστὶν ἐπιστήμη —] Num igitur, inquit, eae artes, quae sibi valetudinem corporis vel iustitiam tanquam materiam subiectam habent, eaedem sunt atque haec, cui nihil nisi ipsa scientia est subiectum? Quod posteaquam Critias negavit, ille haec adiicit: Sed una illarum artium est medica; altera civilis; tertia autem haec nihil aliud est nisi scientia. In his non debet offendere, quod Socrates, quum antea nonnisi valetudinis et iustitiae scientiam memoraverit, deinde tamen addit τὸ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιστήμη. Nam huius significatio aliqua utique iam inest in vocabulo ταὐτόν, ad quod sponte intelligas ταύτῃ, quod Heindorf. in editione minore sine causa censuit Platoni reddendum esse. Illud autem forsitan quispiam miretur, quod non scriptum sit οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐπιστήμης ἐπιστήμη. Et fuit sane qui hoc scriptorem dedisse suspicaretur. At ea suspicio inanis est atque vana. Nam Socrates significat, quemadmodum ἰατρικὴ et πολιτικὴ a materia, quam hae artes tractant, nomen acceperint, ita etiam illi scientiae, de qua disputatur, a re, in qua versetur, peculiare nomen esse oportere: quae quum ipsa scientia sit, non aliter eam appellari posse ait nisi scientiae nomine.

C. ὅτι μέν τι ἐπίστα-ται —] hoc quidem probabiliter et de se et de ceteris noverit, se aliquid scire et scientiam aliquam habere. Illis, respondent sequentia Ὅ τι δὲ γιγνώσκει κ. τ. λ., unde μέν τι temere in μέντοι corruptum est.

D. εἰδέναι ἃ τε οἶδεν καὶ ἃ μὴ οἶδεν] V. ad p. 167. B.

ἄρα οἷός τε ἔσται οὗτος ἐξετάσαι φάσκοντά τι ἐπίστασθαι, πότερον ἐπίσταται ὃ φησιν ἐπίστασθαι ἢ οὐκ ἐπίσταται· ἀλλὰ τοσοῦτο μόνον, ὡς ἔοικε, γνώσεται, ὅτι ἔχει τινὰ ἐπιστήμην, ὅτου δέ γε, ἡ σω-
E φροσύνη οὐ ποιήσει αὐτὸν γιγνώσκειν. Οὐ φαίνεται. Οὔτε ἄρα τὸν προσποιούμενον ἰατρὸν εἶναι, ὄντα δὲ μή, καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ὄντα οἷός τε ἔσται διακρίνειν, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν ἐπιστημόνων καὶ μή. σκεψώμεθα δὲ ἐκ τῶνδε· εἰ μέλλει ὁ σώφρων ἢ ὁστισοῦν ἄλλος τὸν ὡς ἀληθῶς ἰατρὸν διαγνώσεσθαι καὶ τὸν μή, ἆρ' οὐχ ὧδε ποιήσει; περὶ μὲν ἰατρικῆς δήπου αὐτῷ οὐ διαλέξεται· οὐδὲν γὰρ ἐπαΐει, ὡς ἔφαμεν, ὁ ἰατρὸς ἀλλ' ἢ τὸ ὑγιεινὸν καὶ τὸ νοσῶδες. ἢ οὔ; Ναί, οὕτω. Περὶ δέ γε ἐπιστήμης οὐδὲν οἶδεν, ἀλλὰ τοῦτο δὴ τῇ σωφροσύνῃ μόνῃ ἀπέδομεν. Ναί. Οὐδὲ περὶ ἰατρικῆς ἄρα οἶδεν ὁ ἰατρικός, ἐπει-
171 δήπερ ἡ ἰατρικὴ ἐπιστήμη οὖσα τυγχάνει. Ἀληθῆ. Ὅτι μὲν δὴ ἐπιστήμην τινὰ ἔχει, γνώσεται ὁ σώφρων

Cap. XVIII. P. 171. *ἐπιχειρῶν δὲ δὴ πεῖραν λ.*] Participium *ἐπιχειρῶν*, vulgo temere omissum, ex Par. G. et marg. Coisl. restituit Bekker. Pro *δὲ δή*, quod praebuerunt Ven. ΞΣ. Par. BCG. Ambr. Angel. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o., vulgo legebatur *δὲ δεῖ*. Nuper Winckelmannus ad Euthydem. Praef. XIII.

P. 171. *γνώσεται ὁ σώφρων τὸν ἰατρόν·*] Attractionis genus notissimum. v. Matth. Gr. §. 296.

ἄλλο τι σκέψεται ὧντινων] nonne videbit, quarumnam rerum habeat scientiam? annon unaequaeque scientia ita est definita, ut non modo scientia sit, sed etiam aliqua, propterea quod in aliquibus rebus versetur?

B. ἐν οἷς ποτ' ἔστιν] in quibus quandoque inest.

Οὐκοῦν ἐν τοῖς οὕτως ἢ λεγομένοις —] οὕτως est ita ut vel sanitatis vel morbi ducatur ratio. Errat Heindorf. scribendum putans *ἐν τοιούτοις* vel *τούτοις*.

ποτέροις ἑπακολουθῆσαι] h. e. alterutris. Falso interpretatur Heindorf. utrisque. v. Rempubl. IV. p. 439. E. Lachet. p. 182. A. Theat. p. 145. A. Sophist. p. 252. A. p. 264. D. Legg. XI. p. 914. C.

C. *Οὔ δῆτα. Οὐδέ γε ἄλλος οὐδείς, — οὔτε δὴ ὁ σώφρων*] Ita haec in omnibus editionibus scripta leguntur. Singularis est vero coniunctio ista particularum *οὐδέ γε — οὔτε δή*, cuius alia exem-

τὸν ἰατρόν· ἐπιχειρῶν δὲ δὴ πεῖραν λαβεῖν ἥτις ἐστίν, ἄλλο τι σκέψεται ὧντινων; ἢ οὐ τούτῳ ὥρισται ἑκάστη ἐπιστήμη, μὴ μόνον ἐπιστήμη εἶναι, ἀλλὰ καὶ τίς, τῷ τινῶν εἶναι; Τούτῳ μὲν οὖν. Καὶ ἡ ἰατρικὴ δὴ ἑτέρα εἶναι τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ὡρίσθη τῷ τοῦ ὑγιεινοῦ εἶναι καὶ νοσώδους ἐπιστήμη. Ναί. Οὐκοῦν ἐν τούτοις ἀναγκαῖον σκοπεῖν τὸν βουλόμενον ἰατρικὴν σκοπεῖν, ἐν οἷς ποτ' ἔστιν. οὐ γὰρ δήπου B ἔν γε τοῖς ἔξω, ἐν οἷς οὐκ ἔστιν. Οὐ δῆτα. Ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς ἄρα καὶ νοσώδεσιν ἐπισκέψεται τὸν ἰατρόν, ᾗ ἰατρικός ἐστιν, ὁ ὀρθῶς σκοπούμενος. Ἔοικεν. Οὐκοῦν ἐν τοῖς οὕτως ἢ λεγομένοις ἢ πραττομένοις τὰ μὲν λεγόμενα, εἰ ἀληθῆ λέγεται, σκοπούμενος, τὰ δὲ πραττόμενα, εἰ ὀρθῶς πράττεται; Ἀνάγκη. Ἡ οὖν ἄνευ ἰατρικῆς δύναιτ' ἄν τις τούτων ποτέροις ἑπακολουθῆσαι; Οὐ δῆτα. Οὐ δέ γε ἄλλος οὐδείς, ὡς ἔοικε, πλὴν ἰατρός, οὔτε δὴ ὁ σώ- C φρων· ἰατρὸς γὰρ ἂν εἴη πρὸς τῇ σωφροσύνῃ. Ἔστι

reiecto ἐπιχειρῶν legendum proposuit: δεῖ δὴ πεῖραν λαβεῖν κ. τ. λ. ita, ut protasis accipiatur ὑποθετικῶς. Sed ita scribendum certe erit: δεῖ δὲ δὴ π. λ.

ἄλλο τι σκέψεται] Sic Coisl. Vat. Θ. Par. BCFG. Ambr. Flor. a. b. c. o. Vulgo ἀλλ' ὅτι σκ.

pla donec quis monstraverit, locum vitiatum putabo. Nam Οὐδέ γε quominus interpreteris né — quidem, ut οὔτε simpliciter annectat, quemadmodum post δέ positum τέ reperitur, universi loci ratio prohibet. Leniss ima medicina adhibita corrigendum putavimus: Οὐ δέ γε ἄλλος οὐδείς, ὡς ἔοικε — οὔτε δὴ ὁ σώφρων. v. ad Remp. III. p. 398. A. collato Hermanno ad Eurip. Med. 1321. Recte Socrates utitur particulis δέ γε additurus iam aliquid iis, quae Critias affirmavit; de quo usu diximus ad Hipp. min. p. 366. B. Itaque verborum sententia haec est: Num igitur quis sine arte medica poterit horum alterutrum assequi? Minime vero. Quemadmodum autem nemo alius, ut patet, praeter medicum facere id poterit, ita nec temperans faciet, propterea quod ita, praeterquam quod temperans esset, etiam medicus foret. Etenim membra per οὐ — οὔτε consociata habent rationem aequalitatis, ut eodem modo possint inservire comparationi, quo geminatum τέ frequentari solet, de quo intpp. ad Xenoph. Mem. I, 1, 14.

πρὸς τῇ σωφροσύνῃ] h. e. πρὸς τῷ σώφρων εἶναι.

ταῦτα. Παντὸς ἄρα μᾶλλον, εἰ ἡ σωφροσύνη ἐπιστήμης ἐπιστήμη μόνον ἐστὶ καὶ ἀνεπιστημοσύνης, οὔτε ἰατρὸν διακρῖναι οἷά τε ἔσται ἐπιστάμενον τὰ τῆς τέχνης ἢ μὴ ἐπιστάμενον, προσποιούμενον δὲ ἢ οἰόμενον, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν ἐπισταμένων καὶ ὁτιοῦν, πλήν γε τὸν αὐτοῦ ὁμότεχνον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι δημιουργοί. Φαίνεται, ἔφη. Cap. XIX. Τίς
D οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κριτία, ὠφέλεια ἡμῖν ἔτι ἂν εἴη ἀπὸ τῆς σωφροσύνης τοιαύτης οὔσης; εἰ μὲν γάρ, ὃ ἐξ ἀρχῆς ὑπετιθέμεθα, ἤδει ὁ σώφρων ἅ τε ἤδει καὶ ἃ μὴ ἤδει, τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, καὶ ἄλλον ταὐτὸν τοῦτο πεπονθότα ἐπισκέψασθαι οἷός τε ἦν, μεγάλως τι ἂν ἡμῖν, φαμέν, ὠφέλιμον ἦν σώφροσιν εἶναι· ἀναμάρτητοι γὰρ ἂν τὸν βίον διεζῶμεν αὐτοί τε [καὶ] οἱ τὴν σωφροσύνην ἔχοντες, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι ὑφ' ἡμῶν ἤρχοντο. οὔτε
E γὰρ ἂν αὐτοὶ ἐπεχειροῦμεν πράττειν ἃ μὴ ἠπιστάμεθα, ἀλλ' ἐξευρίσκοντες τοὺς ἐπισταμένους ἐκείνοις

C. καὶ ἀνεπιστημοσύνης] Vulgo additur ἐπιστήμη, quod recte om. Bodl. Vat. Θ. Par. G.

Cap. XIX. D. τὸν βίον διεζῶμεν] ἔζωμεν Bodl. Vind. Flor. i. Vat. Θ. Par. G. Deinde καὶ codd. omnes servant, quod tamen errore ortum.

E. ἃ μὴ ἠπιστάμεθα] Sic Bodl. Vat. Θ. Ven. ΞΣ. Par.

πλήν γε τὸν αὐτοῦ ὁμότεχνον] Ita dixit, perinde ac si praecederet ὁ σώφρων; unde etiam addit ὥσπερ οἱ ἄλλοι δημιουργοί.

D. ἅ τε ἤδει καὶ ἃ μὴ ἤδει] Imperfectum ponitur propterea, quod primarium enuntiati membrum, cuius explicationi haec inserviunt, imperfecti usum requirebat. Mox eodem modo: ἀναμάρτητοι γὰρ ἂν τὸν βίον διεζῶμεν — καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι ὑφ' ἡμῶν ἤρχοντο. Ibid. οὔτε γὰρ ἂν αὐτοὶ ἐπεχειροῦμεν πράττειν ἃ μὴ ἠπιστάμεθα, ubi perperam ante Bekkerum erat ἐπιστάμεθα. Paullo post: ἐκείνοις ἂν παρεδίδομεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπομεν ὧν ἤρχομεν, κ. τ. λ. Ibid. τοῦτο δ' ἦν ἄν, οὐ ἐπιστήμην εἶχον. Alia ratio est verborum, τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, quod senties universi loci sententia percepta, quae quidem haec est: Nam si, quod ab initio posuimus, temperans sciret quae sciret et quae nesciret, illa quidem se scire haec autem se nescire, et alium similiter affectum posset explorare, mirum quantum nostro iudicio nobis prodesset temperantia. Enimvero haec: τὰ μὲν ὅτι οἶδε, τὰ δ' ὅτι οὐκ οἶδε, non neces-

ἂν παρεδίδομεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις ἐπετρέπομεν, ὧν ἤρχομεν, ἄλλο τι πράττειν ἢ ὅ τι πράττοντες ὀρθῶς ἔμελλον πράξειν· τοῦτο δ' ἦν ἄν, οὗ ἐπιστήμην εἶχον. καὶ οὕτω δὴ ὑπὸ σωφροσύνης οἰκία τε οἰκουμένη καλῶς ἔμελλεν οἰκεῖσθαι, πόλις τε πολιτευομένη, καὶ ἄλλο πᾶν, οὗ σωφροσύνη ἄρχοι· ἁμαρτίας γὰρ ἐξῃρημένης, ὀρθότητος δὲ ἡγουμένης ἐν πάσῃ πράξει, 172
ἀναγκαῖον καλῶς καὶ εὖ πράττειν τοὺς οὕτω διακειμένους, τοὺς δὲ εὖ πράττοντας εὐδαίμονας εἶναι. ἆρ' οὐχ οὕτως, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Κριτία, ἐλέγομεν περὶ σωφροσύνης, λέγοντες ὅσον ἀγαθὸν εἴη τὸ εἰδέναι ἅ τε οἶδέ τις καὶ ἃ μὴ οἶδεν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, οὕτως. Νῦν δέ, ἦν δ' ἐγώ, ὁρᾷς, ὅτι οὐδαμοῦ ἐπιστήμη οὐδεμία τοιαύτη οὖσα πέφανται. Ὁρῶ, ἔφη. Ἆρ' οὖν, B
ἦν δ' ἐγώ, τοῦτ' ἔχει τὸ ἀγαθὸν ἣν νῦν εὑρίσκομεν σωφροσύνην οὖσαν, τὸ ἐπιστήμην ἐπίστασθαι καὶ ἀνεπιστημοσύνην, ὅτι ὁ ταύτην ἔχων, ὅ τι ἂν ἄλλο μανθάνῃ, ῥᾷόν τε μαθήσεται, καὶ ἐναργέστερα πάντα

BC. Ambr. Barb. Vulgo *ἐπιστάμεθα*.

P. 172. B. *ὅ τι ἂν ἄλλο μανθάνῃ*] V. *μανθάνοι*, sicuti mox in verbis *ᾧ ἂν μανθάνῃ*. Utrumque ex codd. longe plurimis optimisque emendatum. Idem vitium insederat in proximis: *περὶ ὧν ἂν καὶ αὐτὸς μάθῃ*, ubi optativum praeter Par. E. libri omnes aspernantur.

sario ad hypotheticam sententiam pertinent. Pro *μεγάλως τι* stephan. malebat iunctim scribi *μεγαλωστί*, de qua scriptura vide Bastium ad Gregor. Corinth. p. 544. sq. et Schaeferum p. 1004.

E. *καλῶς ἔμελλε οἰκεῖσθαι*] Recte dicitur sublata conditione *ἔμελλε*, non *ἔμελλεν ἄν*; nam ea particula adiecta verborum sententia haec foret: certo futurum esset, ut domus bene administraretur; at non futurum est: quod quilibet videt perabsurdum esse. v. ad p. 158. E. et Sympos. p. 190. C. conf. Hermann. De part. ἄν p. 64. sqq.

P. 172. *τοὺς δὲ εὖ πράττοντας εὖ.* *εἶναι*] Conclusio ducta ex formulae *εὖ πράττειν* ambiguitate, ut scite observavit Heindorf., qui contulit Gorg. p. 507. C. De Rep. I. p. 354. A. Alcib. I. p. 134. A. Ibid. p. 116. A. Adde Euthyd. p. 280. B. ibique Schleiermach. annot. p. 547.

ἐλέγομεν περὶ σωφροσύνης] i. e. certo dicturi eramus. v. ad Sympos. p. 190. C.

B. *ἣν νῦν εὑρίσκομεν σωφροσύνην οὖσαν*] Aristoph. Ran. v. 889. *ἕτεροι γάρ εἰσιν, οὓς ἐγὼ εὔχομαι θεοῖς*. Plato n. Phaedon. p. 88. D. *ὁ γὰρ σοφὸς πιθανὸς ὤν, ὃν Σωκρά-*

αὐτῷ φανεῖται, ἅτε πρὸς ἑκάστῳ ᾧ ἂν μανθάνῃ προσκαθορῶντι τὴν ἐπιστήμην; καὶ τοὺς ἄλλους δὴ κάλλιον ἐξετάσει περὶ ὧν ἂν καὶ αὐτὸς μάθῃ, οἱ δὲ ἄνευ τούτου ἐξετάζοντες ἀσθενέστερον καὶ φαυλότερον τοῦτο δράσουσιν; ἆρ', ὦ φίλε, τοιαῦτ' ἄττα
C ἐστὶν ἃ ἀπολαυσόμεθα τῆς σωφροσύνης, ἡμεῖς δὲ μεῖζόν τι βλέπομεν καὶ ζητοῦμεν αὐτὸ μεῖζόν τι εἶναι ἢ ὅσον ἐστί; Τάχα δ' ἄν, ἔφη, οὕτως ἔχοι.

Cap. XX. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ· ἴσως δέ γε ἡμεῖς οὐδὲν χρηστὸν ἐζητήσαμεν. τεκμαίρομαι δέ, ὅτι μοι ἄτοπ' ἄττα καταφαίνεται περὶ σωφροσύνης, εἰ τοιοῦτόν ἐστιν. ἴδωμεν γάρ, εἰ βούλει, συγχωρήσαντες καὶ ἐπίστασθαι ἐπιστήμην δυνατὸν εἶναι [εἰδέναι], καὶ ὅ γε ἐξ ἀρχῆς ἐτιθέμεθα σωφροσύνην εἶναι, τὸ εἰδέναι ἅ τε οἶδε καὶ ἃ μὴ οἶδε, μὴ ἀποστερήσωμεν,
D ἀλλὰ δῶμεν· καὶ ταῦθ' ἅπαντα δόντες ἔτι βέλτιον σκεψώμεθα, εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοιοῦτον ὄν.

ἃ ἀπολαυσόμεθα] V. ἀπολαύσομεν, quod solus Par. E. habet.

Cap. XX. C. οὐδὲν χρηστὸν ἐζητήσαμεν] V. οἶδέ, quod soli tenent Ven. Ξ. Par. E F. Ambr.

καὶ ταῦθ' ἅπαντα] Bod. Coisl. Par. G. πάντα ταῦτα.

D. εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὄν.] Sic Vat. Θ. et ex corr. Bodl.

της ἔλεγε λόγον, νῦν εἰς ἀπιστίαν καταπέπτωκεν. Protagor. p. 359. D. ἀλλὰ τοῦτό γ', ἔφη, ἐν οἷς σὺ ἔλεγες τοῖς λόγοις, ἀπεδείχθη. Criton. p. 48. C. ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς ὀκέψεις, — μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὦ Κρίτων, σκέμματα ᾖ, κ. τ. λ.

C. ἡμεῖς δὲ μεῖζόν τι βλέπομεν —] nos autem maius quiddam spectamus, cupimusque illud maius esse quam est. Ζητεῖν cupiendi significatione positum ad Remp. p. 375. E. Hipp. mai. p. 291. C. Phaedr. p. 253. B. illustravimus. De locutione βλέπειν τι vel πρός et εἴς τι Heindorf. conferri iubet Ienisium ad Lucian. Dial. Mart. XI. §. 4.

καὶ ἐπίστασθαι ἐπιστήμην δύνατον εἶναι] h. e. εἶναι ἐπιστήμην ἐπιστήμης δυνατὸν εἶναι. Istud εἰδέναι recte iudicavit Heindorf. errore natum esse ex praecedenti εἶναι. Idem censet Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 1062. Delendum vidit etiam Heusd. Specim. Crit. p. 120., cui tamen nemo assentietur totum locum ita refingenti: καὶ γενέσθαι ἐπιστήμην ἐπιστήμης δυνατὸν εἶναι, καὶ ὅ γε ἐξ ἀρχῆς κ. τ. λ.

D. εἰ ἄρα τι καὶ ἡμᾶς ὀνήσει τοιοῦτον ὄν] Etsi ferri posset ἄρτι cum futuro constructum, sicuti apud probos quidem scriptores ferendum non est; sed etsi ferri il-

ἃ γὰρ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς μέγα ἂν εἴη ἀγαθὸν ἡ σωφροσύνη, εἰ τοιοῦτον εἴη, ἡγουμένη διοικήσεως καὶ οἰκίας καὶ πόλεως, οὔ μοι δοκοῦμεν, ὦ Κριτία, καλῶς ὡμολογηκέναι. Πῶς δή; ἦ δ' ὅς. Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ ἕκαστοι ἡμῶν ἃ μὲν ἴσασι, πράττοιεν ταῦτα, ἃ δὲ μὴ ἐπίσταιντο, ἄλλοις παραδιδοῖεν τοῖς ἐπισταμένοις. Οὔκουν, ἔφη, καλῶς ὡμολογήσαμεν; Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἦν δ' ἐγώ. Ἄτοπα λέγεις ὡς ἀληθῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Νὴ τὸν κύνα, ἔφην, καὶ ἐμοί τοι δοκεῖ οὐτωσί. ἐνταῦθα καὶ ἄρτι ἀποβλέψας ἄτοπά γ' ἔφην μοι προφαίνεσθαι, καὶ ὅτι φοβοίμην, μὴ οὐκ ὀρθῶς σκοποῖμεν. ὡς ἀληθῶς γάρ, εἰ ὅ τι μάλιστα τοιοῦτόν ἐστιν ἡ σωφροσύνη, οὐδέν μοι δῆλον εἶναι δοκεῖ, ὅ τι ἀγαθὸν ἡμᾶς ἀπεργάζεται. Πῶς δή; ἦ δ' ὅς. λέγε, ἵνα καὶ ἡμεῖς εἰδῶμεν ὅ τι λέγεις. Οἶμαι μέν, ἦν δ' ἐγώ,

Vulgo εἰ ἄρτι. Pro τοιοῦτον ὄν, quod praebuerunt Bodl. Vat. Θ. Vind. Flor. i. et ex corr. Ven. Ξ., vulgo legebatur τοσοῦτον ὄν.

E. δοκεῖ οὐτωσί] δοκεῖν Vat. Θ. Bodl. Par. G.

ἄτοπά γ' ἔφην] Bekkerus: ἄτοπά τ' ἔφην, invitis libris omnibus.

lud utique posset, tamen hoc loco non debuit abuti Ruhnken. ad Tim. p. 43., ut infirmaret Phrynichi aliorumque veterum grammaticorum praeceptum, qui ἄρτι ita usurpari negaverunt. Nam otiosum hic est plane vocabulum, ut facile devenias in eam sententiam, quam defenderunt Heusdius atque Heindorfius, et εἰ ἄρα τι legendum esse suspiceris. Quam coniecturam optimi codices confirmarunt. Ceterum de ἄρτι apud citerioris aetatis scriptores utique cum futuro copulari solito legas quae exposuerunt Lobeck. ad Phrynich. p. 19. et Kochius meus Addit. in Tim. Lexic. p. 7 sq.

ῥᾳδίως ὡμολογήσαμεν] sic temere, re non satis deliberata.

E. Οὔκουν — καλῶς ὡμολογήσαμεν;] Hoc loco quia vis inest in negatione, pro Οὐκοῦν scribendum putavimus Οὔκουν. Mirabundus enim Critias interrogat: Ergo non recte illud concessimus?

ἐνταῦθα καὶ ἄρτι ἀποβλέψας] h. e. πρὸς τοῦτο ἀποβλ.

P. 173. Οἶμαι μέν — ληρεῖν με] Pronomen quia significat Socratem se a Critia discernere, non sine causa videtur accusativus infinitivo adiungi. Multa id genus ad Sympos. p. 175. C. adscripsimus. conf. Poppo ad Xenoph. Cyrop. I, 4, 4.

ληρεῖν με· ὅμως τό γε προφαινόμενον ἀναγκαῖον σκοπεῖν καὶ μὴ εἰκῇ παριέναι, εἴ τίς γε αὐτοῦ καὶ σμικρὸν κήδεται. Καλῶς γάρ, ἔφη, λέγεις. Cap. XXI. Ἄκουε δή, ἔφην, τὸ ἐμὸν ὄναρ, εἴτε διὰ κεράτων εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν. εἰ γὰρ ὅ τι μάλιστα ἡμῶν ἄρχοι ἡ σωφροσύνη, οὖσα οἵαν νῦν
B ὁριζόμεθα, ἄλλο τι κατὰ τὰς ἐπιστήμας ἂν πράττοιτο, καὶ οὔτε τις κυβερνήτης φάσκων εἶναι, ὢν δὲ οὔ, ἐξαπατῷ ἂν ἡμᾶς, οὔτε ἰατρὸς οὔτε στρατηγὸς οὔτ' ἄλλος οὐδείς, προσποιούμενός τι εἰδέναι ὃ μὴ οἶδε, λανθάνοι ἄν. ἐκ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων ἄλλο ἂν ἡμῖν τι ξυμβαίνοι ὑγιέσι τε τὰ σώματα εἶναι μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνεύοντας καὶ ἐν πολέμῳ σώζεσθαι, καὶ τὰ σκεύη καὶ τὴν
C ἀμπεχόνην καὶ ὑπόδεσιν πᾶσαν καὶ τὰ χρήματα πάντα τεχνικῶς ἡμῖν εἰργασμένα εἶναι καὶ ἄλλα πολλὰ διὰ τὸ ἀληθινοῖς δημιουργοῖς χρῆσθαι; εἰ δὲ βούλοιό γε, καὶ τὴν μαντικὴν εἶναι ξυγχωρήσομεν ἐπιστήμην τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι, καὶ τὴν σωφροσύνην, αὐτῆς ἐπιστατοῦσαν, τοὺς μὲν ἀλαζόνας ἀποτρέπειν,

Cap. XXI. P. 173. *οἵαν νῦν ὁριζόμεθα*] Steph. coni. *ὡριζόμεθα*, quo non opus.

D. *οὕπω δυνάμεθα μαθεῖν*] V. *δυναίμεθα*, quod emendatum e Bodl. Vat. Θ. Par. G. Ambr. Vind. Flor. a. c. i. et corr. Coisl. In Ven. Σ. Par. C. Ang. Barb. est *δύναμαι*.

Cap. XXI. *εἴτε διὰ κεράτων* —] Respicit ad locum Homeri Odyss. XIX, 562 sqq.

B. *ἄλλο τι κατὰ τὰς ἐπιστήμας ἂν πράττοιτο*] nonne secundum artium scientiam agatur?

ἐκ δὴ τούτων — ξυμβαίνοι] h. e. *ἄλλο τι συμβαίνοι ἂν ἡμῖν ὑγιέσι τε τὰ σώματα εἶναι κ. τ. λ.* Unde apparet *ἄλλο τι* simplicis interrogandi particulae munere fungi, neque necessarium esse, ut post *ξυμβαίνοι* interponatur *ἤ*, quod Heindorf. requirebat. Deinde loco dativi infertur *κινδυνεύοντας* accusativus, de quo consulas ann. ad Remp. III. p. 414. A. Hipp. mai. p. 283. E. Matth. Gr. §. 536. not. Paullo post *ἀμπεχόνη* et *ὑπόδεσις* de pallio et calceamento accipiendum.

C. *εἰ δὲ βούλοιό γε, καὶ τὴν μ.*] ac si volueris, etiam artem vaticinandi concedamus esse scientiam futuri, et *σωφροσύνην* ei praefectam vanos quidem avertere, veros autem vates nobis exhibere resfuturas praedicentes. Lysid. p. 217. A. *εἰ γοῦν θέ-*

τοὺς δὲ ὡς ἀληθῶς μάντεις καθιστάναι ἡμῖν προφήτας τῶν μελλόντων. κατεσκευασμένον δὴ οὕτω τὸ ἀνθρώπινον γένος ὅτι μὲν ἐπιστημόνως ἂν πράττοι καὶ ζῴη, ἕπομαι· ἡ γὰρ σωφροσύνη φυλάττουσα οὐκ D ἂν ἐῴη παρεμπίπτουσαν τὴν ἀνεπιστημοσύνην ξυνεργὸν ἡμῖν εἶναι· ὅτι δ' ἐπιστημόνως ἂν πράττοντες εὖ ἂν πράττοιμεν καὶ εὐδαιμονοῖμεν, τοῦτο δὲ οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν, ὦ φίλε Κριτία. Cap. XXII. Ἀλλὰ μέντοι, ἦ δ' ὅς, οὐ ῥᾳδίως εὑρήσεις ἄλλο τι τέλος τοῦ εὖ πράττειν, ἐὰν τὸ ἐπιστημόνως ἀτιμάσῃς. Σμικρὸν τοίνυν με, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι προσδίδαξον, τίνος ἐπιστημόνως λέγεις; ἢ σκυτῶν τομῆς; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ἀλλὰ χαλκοῦ ἐργασίας; Οὐδα- E μῶς. Ἀλλὰ ἐρίων ἢ ξύλων ἢ ἄλλου του τῶν τοιούτων; Οὐ δῆτα. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἔτι ἐμμένομεν τῷ λόγῳ τῷ εὐδαίμονα εἶναι τὸν ἐπιστημόνως ζῶντα. οὗτοι γὰρ ἐπιστημόνως ζῶντες οὐχ ὁμολογοῦνται παρὰ σοῦ εὐδαίμονες εἶναι, ἀλλὰ περί τινων ἐπιστημόνως ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφορίζεσθαι τὸν εὐδαίμονα. καὶ ἴσως λέγεις ὃν νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον,

Cap. XXII. E. *ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφ.*] Schleiermacher. coni. *ζῶντα*; quo non opus. Dein vulgo *εὖ δοκεῖ*. Bas. 2. *εὖ δοκεῖς*. Istud *εὖ* cum Heindorfio et Bekkero in *σὺ* mutavimus.

λοιμεν ἐννοῆσαι, τὸ ὑγιαῖνον σῶμα οὐδὲν ἰατρικῆς δεῖται. Ibid. p. 217. E. *ὥσπερ εἴ τις ἐθέλοι —, πάρεστί που κ. τ. λ.* Alcibiad. I. p. 122. B., ubi vulgo *εἰ δ' αὖ ἐθέλεις.* Isocrat. ad Nicocl. p. 23. *εἰ θέλοιμεν σκοπεῖν τὰς φύσεις τὰς τῶν ἀνθρώπων, εὑρήσομεν. — τοὺς ἀλαζόνας*, i. e. *τοὺς ψευδεῖς*. v. Ruhnken. ad Tim. p. 21. — Mox *ἕπομαι* est: assequor, intelligere possum. Opponitur mox *οὔπω δυνάμεθα μαθεῖν.*

D. *ὅτι δὲ ἐπιστ. — τοῦτο δὲ οὔπω δ.*] In his *τοῦτο δὲ* cum vi et efficacia interpositum, quem usum loquendi ad Phaedon. p. 78. C. attigimus. Deinde *τέλος τοῦ εὖ πράττειν*, sicuti finis bonorum, significat vitae beatae perfectionem et consummationem, recte observante Heindorfio.

Cap. XXII. E. *ἀλλὰ περί τινων ἐπιστημόνως ζώντων*] Antea dicebatur *τίνος ἐπιστημόνως*. Sed utrumque esse usitatum docebunt quae ad Phaedr. p. 271. C. et Remp. X. p. 599. B. annotavimus. Alia suppeditabit Matth. Gr. §. 346. anm. 2. Sententia ver-

174 τὸν εἰδότα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι πάντα, τὸν μάντιν. τοῦτον ἢ ἄλλον τινὰ λέγεις; Καὶ τοῦτον ἔγωγε, ἔφη, καὶ ἄλλον. Τίνα; ἦν δ' ἐγώ. ἆρα μὴ τὸν τοιόνδε, εἴ τις πρὸς τοῖς μέλλουσι καὶ τὰ γεγονότα πάντα εἰδείη καὶ τὰ νῦν ὄντα, καὶ μηδὲν ἀγνοοῖ; θῶμεν γάρ τινα εἶναι αὐτόν. οὐ γάρ, οἶμαι, τούτου γ' ἔτι ἂν εἴποις οὐδένα ἐπιστημονέστερον εἶναι ζῶντα. Οὐ δῆτα. Τόδε δὴ ἔτι προσποθῶ, τίς αὐτὸν τῶν ἐπιστημῶν ποιεῖ εὐδαίμονα; ἢ ἅπασαι
B ὁμοίως; Οὐδαμῶς ὁμοίως, ἔφη. Ἀλλὰ ποία μάλιστα; ἦ τί οἶδε καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν γεγονότων καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι; ἆρά γε ἦ τὸ πεττευτικόν; Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν; Ἀλλ' ἦ τὸ λογιστικόν; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ἦ τὸ ὑγιεινόν; Μᾶλλον, ἔφη. Ἐκείνη δ', ἣν λέγω μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ, ἦ τί; Ἥι τὸ ἀγαθόν, ἔφη, καὶ τὸ κακόν. Ὦ μιαρέ, ἔφην ἐγώ, πάλαι με περιέλκεις κύκλῳ, ἀποκρυπτόμενος, ὅτι οὐ τὸ ἐπιστημόνως ἦν ζῆν τὸ εὖ πράττειν τε
C καὶ εὐδαιμονεῖν ποιοῦν, οὐδὲ ξυμπασῶν τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν, ἀλλὰ μιᾶς οὔσης ταύτης μόνον τῆς περὶ τὸ ἀγαθόν τε καὶ κακόν. ἐπεί, ὦ Κριτία, εἰ θέλεις

P. 174. B. *Ἐκείνη δ', ἣν λέγω*] V. *ἐκείνην*, quod soli tuentur Ven. *Σ*. Par. E. Flor. a. c. In proximis Bodl. Vat. *Θ*. *ἦ* ante *τὸ ἀγαθὸν* omittunt.

C. *τὸ εὖ τε τούτων*] *τε* Par. G. Vulgo *γε*.

D. *ὥστε εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφ.*] Sic de Schleiermacheri coniectura scripsi. Legebatur *εἰ αὐτὴ ἐστιν*, et post *ἡ σωφροσύνη*

borum haec est: tu mihi videris virum beatum seiungere ac discernere ab iis, quum quarundam rerum scientiam habeant. Lapsus est in his interpretandis Heindorf., qui *περὶ* non cum *ἐπιστημόνως*, sed cum *ἀφορίζεσθαι* iunxit, quod contorte explicat *ἀφορισάμενος χρῆσθαι τῷ τοῦ εὐδαίμονος ὀνόματι*.

P. 174. B. *Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν;*] Indignantis haec interrogatio est. v. ad Luchet. p. 194. D.

Ἐκείνη δ', ἣν λέγω μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ, ἦ τί;] Respiciens ad praegressa illa: *Ἀλλὰ ποία μάλιστα, ἦ τί οἶδε κ. τ. λ.*, nunc haec interrogat: Sed illa scientia, quam potissimum dico reddere beatum, est, qua quid tandem cognovit? Nam ad *ἐκείνη* in promtu est *ἐστὶν* intelligi oportere.

C. *οὐδὲ ξυμπασῶν τῶν ἄλλων ἐπ.*] Optime Schleiermacherus: auch nicht das

ἐξελεῖν ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἐκ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν, ἧττόν τι ἡ μὲν ἰατρικὴ ὑγιαίνειν ποιήσει, ἡ δὲ σκυτικὴ ὑποδεδέσθαι, ἡ δὲ ὑφαντικὴ ἡμφιέσθαι, ἡ δὲ κυβερνητικὴ κωλύσει ἐν τῇ θαλάττῃ ἀποθνήσκειν καὶ ἡ στρατηγικὴ ἐν πολέμῳ; Οὐδὲν ἧττον, ἔφη. Ἀλλ', ὦ φίλε Κριτία, τὸ εὖ τε τούτων ἕκαστα γίγνεσθαι καὶ ὠφελίμως ἀπολελοιπὸς ἡμᾶς ἔσται ταύτης ἀπούσης. Ἀληθῆ λέγεις. Οὐχ αὕτη δέ γε, ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἀλλ' ἧς ἔργον ἐστὶ τὸ ὠφελεῖν ἡμᾶς. οὐ γὰρ ἐπιστημῶν γε καὶ ἀνεπιστημοσυνῶν ἡ ἐπιστήμη ἐστίν, ἀλλὰ ἀγαθοῦ τε καὶ κακοῦ. ὥστε εἰ αὕτη ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ σωφροσύνη ἄλλο τι ἂν εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν. Τί δ', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἂν αὕτη ὠφελοῖ; εἰ γὰρ ὅ τι μάλιστα τῶν ἐπιστημῶν ἐπιστήμη ἐστὶν ἡ σωφροσύνη, ἐπιστατεῖ δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις, καὶ ταύτης δήπου ἂν ἄρχουσα τῆς περὶ τἀγαθὸν ἐπιστήμης ὠφελοῖ ἂν ἡμᾶς. Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη, ἀλλ' οὐχ ἡ ἰατρική; καὶ τἆλλα τὰ τῶν τεχνῶν αὕτη ἂν ποιοῖ, καὶ οὐχὶ αἱ ἄλλαι τὸ αὐτῆς ἔργον ἑκάστη; ἢ οὐ πάλαι διεμαρτυρόμεθα, ὅτι ἐπιστήμης

interpungebatur.

εἴη ἢ ὠφελίμη ἡμῖν] ἢ libris deest. Restituit Bekker.

E. Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Θ. Ven. Σ, Par. BCG. Ambr. Florent. a. b. c. i. o. pro vulg. ποιεῖ..

καὶ οὐχὶ αἱ ἄλλαι] αἱ in plurimis libris omissum est, utpote praecedenti syllaba absorptum.

nach allen Erkenntnissen zusammengenommen, sondern nur das nach dieser einen, welche sich auf das Gute und Böse bezieht. Nam ad hos genitivos repetendum τὸ ἐπιστημόνως ζῆν. Hanc ipsam autem Critiae sententiam statim redarguit inde a verbis: Ἐπεί, ὦ Κριτία, εἰ θέλεις κ. τ. λ.

D. Οὐχ αὕτη δέ γε, ὡς ἔοικεν, —] Sed haec scientia, quae nobis illas affert utilitates, certe non est ἡ σωφροσύνη, sed potius illa, cuius munus est nobis commoda afferre. Neque enim ἐπιστημῶν καὶ ἀνεπιστημῶν scientia est, sed boni ac mali, ita ut, si haec sit utilis, ἡ σωφροσύνη sit aliud quid, quam utilis.

E. Ἦ καὶ ὑγιαίνειν ποιοῖ] Repetendum ἂν ex antecedentibus. v. Hermann. ad Viger. p. 944 sq.

μόνον ἐστὶ καὶ ἀνεπιστημοσύνης ἐπιστήμη, ἄλλου δὲ οὐδενός; οὐχ οὕτω; Φαίνεται γε. Οὐκ ἄρα ὑγιείας ἔσται δημιουργός. Οὐ δῆτα. Ἄλλης γὰρ ἦν τέχνης
175 ὑγίεια. ἢ οὔ; Ἄλλης. Οὐδ' ἄρα ὠφελείας, ὦ ἑταῖρε· ἄλλη γὰρ αὖ ἀπέδομεν τοῦτο τὸ ἔργον τέχνῃ νῦν δή. ἢ γάρ; Πάνυ γε. Πῶς οὖν ὠφέλιμος ἔσται ἡ σωφροσύνη, οὐδεμιᾶς ὠφελείας οὖσα δημιουργός; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἔοικέ γε. Cap. XXIII. Ὁρᾷς οὖν, ὦ Κριτία, ὡς ἐγὼ πάλαι εἰκότως ἐδεδοίκειν καὶ δικαίως ἐμαυτὸν ἠτιώμην, ὅτι οὐδὲν χρηστὸν περὶ σωφροσύνης σκοπῶ; οὐ γὰρ ἄν
B ποθ' ὅ γε κάλλιστον πάντων ὁμολογεῖται εἶναι, τοῦτο ἡμῖν ἀνωφελὲς ἐφάνη, εἴ τι ἐμοῦ ὄφελος ἦν πρὸς τὸ καλῶς ζητεῖν. νῦν δέ — πανταχῇ γὰρ ἡττώμεθα, καὶ οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν ἐφ' ὅτῳ ποτὲ τῶν ὄντων ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο τοὔνομα ἔθετο, τὴν σωφροσύνην. καίτοι πολλά γε ξυγκεχωρήκαμεν οὐ ξυμβαίνονθ' ἡμῖν ἐν τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ ἐπιστήμην ἐπιστήμης εἶναι ξυνεχωρήσαμεν, οὐκ ἐῶντος τοῦ λόγου οὐδὲ φάσκοντος εἶναι· καὶ ταύτῃ αὖ τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τὰ
C τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν ἔργα γιγνώσκειν ξυνεχωρήσα-

Cap. XXIII. P. 175. B. *καὶ οὐ δυνάμεθα εὑρεῖν*] V. *οὐδαμῇ*. Sed *οὐ* praebuerunt Bodl. Vat. *Θ*. Ven. *ΕΣ*. Par. BEFG. Ambr. Ang. Barb. Vind. Flor. a. b. c. i. o. *ὁ ὀνοματοθέτης τοῦτο*] Sic Par. C. Ambr. Ang. Barb. Flor. b. Vulgo *ὁ νομοθέτης*. Flor. i. *ὀνομαθέτης*.

Cap. XXIII. P. 175. *ὅτι οὐδὲν χρηστὸν π. σ. σκοπῶ*] V. p. 172. C.

B. *νῦν δέ — πανταχῇ γὰρ —*] V. ad Lachet. p. 184. D.

C. *μεγαλοπρεπῶς ξυνεχωρήσαμεν*] admodum liberaliter concessimus. — *ἀμωσγέπως*, una saltem ratione. Quod quorsum pertineat, declaratur proximis verbis: *ἡ γὰρ ἡμετέρα ὁμολογία φησὶ (αὐτὸν) αὐτὰ εἰδέναι ὅτι οὐκ οἶδεν*, concessimus enim eum scire, nescire se illa quae nesciat. Schol. ad h. l. *ἀμωσγέπως· τοῦτο ἴσως τῷ καθ' ὁντινοῦν τρόπον. ἔνιοι τὸ μετρίως. παρὰ Πλάτωνι τὸ ἐκ παντὸς τρόπου*. male. De proximo *οὐδενὸς ὅτου* per attractionem explicando v. Hermann. ad Viger. p. 709. Matth. Gr. §. 483.

D. *εὐηθικῶν τυχοῦσα*—] Ita *εὐήθεια* et *εὐήθης* non raro dicitur de simplici facilitate, quae sibi aliquid persuaderi patitur. v. ad Hipp. min. p. 371. E. Itaque *σκληροὶ* sunt qui rigide suam tuentur sen-

μεν, οὐδὲ τοῦτ' ἐῶντος τοῦ λόγον, ἵνα δὴ ἡμῖν γέ-
νοιτο ὁ σώφρων ἐπιστήμων ὢν τε οἶδεν, ὅτι οἶδε,
καὶ ὧν μὴ οἶδεν, ὅτι οὐκ οἶδε. τοῦτο μὲν δὴ καὶ
παντάπασι μεγαλοπρεπῶς ξυνεχωρήσαμεν, οὐδ' ἐπι-
σκεψάμενοι τὸ ἀδύνατον εἶναι, ἆ τις μὴ οἶδε μηδα-
μῶς, ταῦτα εἰδέναι ἀμωγέπως· ὅτι γὰρ οὐκ οἶδε,
φησὶν αὐτὰ εἰδέναι ἡ ἡμετέρα ὁμολογία. καίτοι, ὡς
ἐγῷμαι, οὐδενὸς ὅτου οὐχὶ ἀλογώτερον τοῦτ' ἂν
φανείη. ἀλλ' ὅμως οὕτως ἡμῶν εὐηθικῶν τυχοῦσα ἡ D
ζήτησις καὶ οὐ σκληρῶν, οὐδέν τι μᾶλλον εὑρεῖν
δύναται τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τοσοῦτον κατεγέλασεν
αὐτῆς, ὥστε ὃ ἡμεῖς πάλαι ξυνομολογοῦντες καὶ
ξυμπλάττοντες ἐτιθέμεθα σωφροσύνην εἶναι, τοῦτο
ἡμῖν πάνυ ὑβριστικῶς ἀνωφελὲς ὂν ἀπέφαινε. τὸ
μὲν οὖν ἐμὸν καὶ ἧττον ἀγανακτῶ· ὑπὲρ δὲ σοῦ,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ Χαρμίδη, πάνυ ἀγανακτῶ, εἰ σὺ τοι-
οῦτος ὢν τὴν ἰδέαν καὶ πρὸς τούτῳ τὴν ψυχὴν σω- E
φρονέστατος μηδὲν ὀνήσει ἀπὸ ταύτης τῆς σωφρο-
σύνης μηδέ τί σ' ὠφελήσει ἐν τῷ βίῳ παροῦσα. ἔτι
δὲ μᾶλλον ἀγανακτῶ ὑπὲρ τῆς ἐπῳδῆς, ἣν παρὰ τοῦ
Θρᾳκὸς ἔμαθον, εἰ μηδενὸς ἀξίου πράγματος οὖσαν

C. οἶδε μηδαμῶς, ταῦτα εἰδ.] Sic codd. omnes praeter Par. E., qui cum Steph. habet μηδαμῇ. Dein Bodl. Vat. Θ. ἄλλως γέ πως.

D. πάνυ ὑβριστικῶς] Par. EF. cum Steph. ὑβριστικῶς πάνυ.

tentiam. Mox συμπλάττοντες est confingentes, commiscentes.

τὸ μὲν οὖν ἐμὸν καὶ ἧττον ἀγ.] Non abundat καί, sed eodem modo positum est, quo frequentatur in formulis καὶ μάλιστα, καὶ μάλα, καὶ πάνυ, et similibus. Dein ὑπὲρ δὲ σοῦ πάνυ ἀγανακτῶ dictum ut Alcibiad. I. p. 119. C. ἀγανακτῶ ὑπέρ τε τοῦ σοῦ καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ ἔρωτος. Theaet. p. 490. E. αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ὑπὲρ ἡμῶν. Crit. p. 45. E. καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἑπιτηδείων αἰσχύνομαι. Gorg. p. 457. D. τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν. Apolog. Socrat. p. 23. E. Μέλητος ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος.

E. εἰ μηδενὸς ἀξίου πράγματος —] Iungas hunc in modum: εἰ ἐμάνθανον αὐτὴν μετὰ πολλῆς σπουδῆς οὖσαν (ἐπῳδήν) πράγματος ἀξίου μηδενός, si eam multo cum studio discebam, quum esset incantatio rei nullius pretii, h. e. σωφροσύνης, quam omni pretio destitutam esse apparuit. Genitivus πράγματος aptus nexusque est ex nomine

αὐτὴν μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐμάνθανον. ταῦτ' οὖν [πάνυ μὲν οὖν] οὐκ οἶομαι οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ἐμὲ φαῦλον εἶναι ζητητήν· ἐπεὶ τήν γε σωφροσύνην μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἴπερ γε ἔχεις αὐτό, μακάριον
176 εἶναί σε. ἀλλ' ὅρα εἰ ἔχεις τε καὶ μηδὲν δέει τῆς ἐπῳδῆς· εἰ γὰρ ἔχεις, μᾶλλον ἂν ἔγωγέ σοι συμβουλεύσαιμι ἐμὲ μὲν λῆρον ἡγεῖσθαι εἶναι καὶ ἀδύνατον λόγῳ ὁτιοῦν ζητεῖν, σεαυτὸν δέ, ὅσῳπερ σωφρονέστερος εἶ, τοσούτῳ εἶναι καὶ εὐδαιμονέστερον.

Καὶ ὁ Χαρμίδης, Ἀλλὰ μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶδα οὔτ' εἰ ἔχω οὔτ' εἰ μὴ ἔχω· πῶς γὰρ ἂν εἰδείην ὅ γε μηδ' ὑμεῖς οἷοί τέ ἐστε
B ἐξευρεῖν ὅ τι ποτ' ἔστιν, ὡς φῂς σύ; ἐγὼ μέντοι οὐ πάνυ σοι πείθομαι, καὶ ἐμαυτόν, ὦ Σώκρατες, πάνυ οἶμαι δεῖσθαι τῆς ἐπῳδῆς, καὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει ἐπᾴδεσθαι ὑπὸ σοῦ ὅσαι ἡμέραι, ἕως ἂν φῇς σὺ ἱκανῶς ἔχειν. Εἶεν. ἀλλ', ἔφη ὁ Κριτίας,

P. 176. *εἰ ἔχεις τε καὶ μηδέν*] τε pro vulg. γε exhibuerunt Bodl. Vat. Θ. Ven. Ξ. Par. G. In Vind. et Flor. i. legitur μὴ ἔχεις τε καὶ μ.

B. *ὡς φῂς σύ;*] Sic optimi nec ii pauci codices loco vulg. ὡς σὺ φῂς;

εἰ ὁρᾷς τοῦτο] εἰ in codd. fere omnibus deest. Recte tamen servat Ven. Ξ. Par. F. a. pr. m., et Florr. Nam certis

ἐπῳδὴν ad οὖσαν intelligendo: est autem ἐπῳδὴ πράγματος hic quoque incantatio ad aliquid utilis; de quo loquendi genere ad p. 157. D. diximus.

ταῦτ' οὖν [πάνυ μὲν οὖν] οὐκ οἶομαι —] Mirum hoc πάνυ μὲν οὖν post ταῦτ' οὖν positum, quod ex διττογραφίᾳ ortum puto. Deinde propter vim et gravitatem oppositionis ponitur accusativus ἐμὲ φαῦλον ζητητήν, licet οἶομαι praecedat: nimirum hanc esse legitimam loquendi rationem docebunt quae ad Symp. p. 175. C. p. 220. E. p. 223. C. adscripsimus. conf. Krüger. De Attractione p. 386 sqq. Post ἐπεὶ denuo intelligas οἶομαι.

P. 176. *λόγῳ ὁτιοῦν ζητεῖν*] neque posse quidquam ratione exquirere.

B. *ἦν ἐπᾴδειν παρέχῃς*—] Ad παρέχῃς intelligas σεαυτόν, quam omissionem ne mireris, solent pronomina reflexiva huic verbo non semper adiungi. De Rep. III. p. 411. A. ὅταν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν κ. τ. λ. sc. ἑαυτόν. Protag. p. 348. A. ἕτοιμος εἰμί σοι παρέχειν ἀποκρινόμενος. ubi int. ἐμαυτόν. Gorg. p. 475. E. ἀλλὰ γενναίως τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἰατρῷ, παρέχων ἀποκρίνου. ad quem locum plura adscripsimus. Ceterum conf. ad p. 157. C. For-

ὦ Χαρμίδη, εἰ δρᾷς τοῦτο, ἔμοιγ' ἔσται τοῦτο τεκμήριον, ὅτι σωφρονεῖς, ἣν ἐπᾴδειν παρέχῃς Σωκράτει καὶ μὴ ἀπολίπῃ τούτου μήτε μέγα μήτε σμικρόν. Ὡς ἀκολουθήσοντος, ἔφη, καὶ μὴ ἀπολειψομένου· δεινὰ γὰρ ἂν ποιοίην, εἰ μὴ πειθοίμην σοὶ τῷ ἐπιτρόπῳ καὶ μὴ ποιοίην ἃ κελεύεις. Ἀλλὰ μήν, ἔφη, κελεύω ἔγωγε. Ποιήσω τοίνυν, ἔφη, ἀπὸ ταυτησὶ τῆς ἡμέρας ἀρξάμενος. Οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ, τί βουλεύεσθον ποιεῖν; Οὐδέν, ἔφη ὁ Χαρμίδης, ἀλλὰ βεβουλεύμεθα. Βιάσει ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ οὐδ' ἀνάκρισίν μοι δώσεις; Ὡς βιασομένου, ἔφη, ἐπειδήπερ ὅδε γε ἐπιτάττει. πρὸς ταῦτα σὺ αὖ βουλεύου ὅ τι ποιήσεις. Ἀλλ' οὐδεμία, ἔφην ἐγώ, λείπεται βουλή· σοὶ γὰρ ἐπιχειροῦντι πράττειν ὁτιοῦν καὶ βιαζομένῳ οὐδεὶς οἷός τ' ἔσται ἐναντιοῦσθαι ἀνθρώπων. Μὴ τοίνυν, ἦ δ' ὅς, μηδὲ σὺ ἐναντιοῦ. Οὐ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἐναντιώσομαι.

quibusdam finibus regitur usus ille, quo particula conditionali omissa bina orationis membra sine copula iuxta se ponuntur.

ἣν ἐπᾴδειν παρέχῃς] V. *ἵν' ἐπᾴδειν παρέχ.* quod e Bodl. Vat. Θ. Vindob. et corr. Coisl. emendatum est. Correxerat iam Heindorf.

καὶ μὴ ἀπολίπῃ] Bekker. coni. *ἀπολείπῃ*.

mulam *οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν* ad Apolog. Socrat. p. 19. C. illustravimus.

ὡς ἀκολουθήσοντος —] Intelligi potest *διανοοῦ* aut simile aliquod verbum, veluti *οὕτω διανοοῦ*. v. Matth. Gr. §. 568. 2. Eodem modo explicandum quod mox sequitur *Ὡς βιασομένου*.

C. *Οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ*] Heus, inquam ego, quid facere vultis? v. Matth. Gr. §. 312. 1.

ἀλλὰ βεβουλεύμεθα] Similiter Criton. p. 46. A. *οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι.* Verbi cum infinitivo iuncti usum exemplis illustravit Schweighaeuser. Lexic. Herodot. T. I. p. 125.

ἀνάκρισιν δώσεις;] neque causae recognitionem concedes? Usus enim est vocabulo forensi, de quo v. Valesium ad Harpocrat. p. 7. Harpocration: *Ἀνάκρισις· ἐξέτασις ὑφ' ἑκάστης ἀρχῆς γινομένη πρὸ τῶν δικῶν περὶ τῶν συνιεμένων εἰς ἀγῶνα.*

PROLEGOMENA

AD

ALCIBIADEM I.

PROLEGOMENA AD ALCIBIADEM PRIMUM.

Singularis fuit eius libri, qui Alcibiadis prioris nomen in fronte gerit, fortuna, siquidem a summae auctoritatis fastigio, quam olim apud philosophiae Platonicae amicos obtinuit, nuper repente in eam conditionem detrusus est, ut iam multis vix lectione dignus videatur. Constat enim inter omnes, veteres Platonicos huic dialogo tantum pretii tribuisse, ut in eo universae philosophiae Platonicae semina inclusa esse sibi persuaderent ideoque librum uberrimis commentariis illustrarent; in quo scriptionis genere praeter Democritum Platonicum, Longini aequalem, Iamblichum, Damascium, Harpocrationem, alios, quorum opera perierunt, *Proclus* maxime et *Olympiodorus* elaborarunt *). Nec apud alios libro honos suus defuit, si quid ex frequenti locorum, quos magnam partem in annotatione notavimus, commemoratione apud optimos quosque scriptores colligere licet. Et mansit honorifica haec de eo existimatio ad nostram usque aetatem, qua primum exstiterunt qui eius fidem et auctoritatem acriter impugnarent. Fecerunt hoc viri eximii, Schleiermacherus **) et Astius ***), qui quum Platonis artem et subtilitatem in eo desideravissent, plurimos naevos vel in rebus ad hi-

*) V. Creuzer Edit. Procli et Olympiodori P. I. Fasc. I. p. XIV. sqq.

**) Opp. Plat. II. 3. p. 295 sqq. et in annotat.

***) De Vita et Scriptis Platon. p. 435 sqq.

storiam pertinentibus vel in argumentandi ratione vel in rerum tractatione et disputationis materia deprehendere sibi visi sunt. Nec tamen defuit qui desertae relictaeque causae patrocinium susciperet. Exstitit enim paullo post Socherus*), qui etsi singula accusationis capita non est persequutus, tamen subtili disputatione ostendit, qua ratione fides libri in magnam suspicionem adducti sustentari posset. Ac fatemur nobis quidem causam videri nondum ad liquidum perductam planeque diiudicatam. Quocirca eam denuo sub examen vocare placuit atque experiri, num forte dubitationes et controversiae ab acutissimis hominibus motae aliquo modo componi possent.

Plura autem genera sunt argumentorum, quibus scripti alicuius Platonici auctoritas defendi possit. Primum enim ipsum loquendi genus examinandum est, in quo si quid deprehenditur, quod vel ab ipsius scriptoris consuetudine recedat vel ea aetate, qua literis consignatum esse fertur, indignum sit, nemo infitias ibit iustas teneri malae suspicionis causas et rationes. Deinde de rebus ad historiam pertinentibus videndum est. Nam si quid praeter causam idoneam vel in factis et rebus gestis vel in temporum rationibus scriptum est contra certam historiae fidem; si quid sine probabili aliqua ratione aliter atque alias ab eodem scriptore exponitur; si philosopho ea placita et decreta tribuuntur, quae cum ipsius sentiendi cogitandique ratione dissentiant; certissima profecto habebimus fraudis documenta, quae vel indoctum moveant, ut vulgarem de libri auctore opinionem suspectam habeat. Tertium est, ut de universi operis argumento, consilio, ratione et descriptione quaeratur. Neque enim fieri ullo modo potest, ut, si quod opus aut in tractando aliquo argumento versetur, quod vel a temporum ratione abhorreat vel scriptoris sentiendi cogitandique consuetudini contrarium sit, aut centoni alicui simile et ex variis veluti pannis male contextum omni partium convenientia et consilii unitate atque simplicitate careat, tale igitur opus fieri non potest, ut Platoni auctori recte tribuatur, quem novimus et in deligenda scribendi materia et describendis connectendisque singulis operum suorum partibus sollertissime esse versatum. Denique animus advertendus est etiam ad mate-

*) De Scriptis Platon. p. 112 sqq.

riae tractationem, quae vel in scenico dialogi apparatu vel in disserendi forma et ratione cernitur. Debet enim tempus et locus colloquii ipsi argumento bene convenire; debet morum notatio talis esse, quae non abhorreat a verisimilitudinis legibus; debet actio recte et ordine procedere ideoque sermo iustum habere initium, progressionem atque finem. Praeterea disputatio ita comparata sit necesse est, ut omnia apte cohaereant; ut nihil desideretur, quod ad argumenti explicationem necessario requiratur; nihil additum reperiatur, quod otiose redundet nec quidquam conferat ad vim argumentandi vel ad ornatum et elegantiam; denique ut nihil ieiune, nihil insulse, nihil putide et absurde disseratur. Haec omnia igitur a nobis, qui libri huius fidem et auctoritatem defendere instituimus, diligenter erunt respicienda atque eo modo illustranda, ut rationes adversus illam allatae vel diserte redarguantur vel sua sponte concidant. Utemur enim moderatione quadam, ne omnia ac singula cum taedio lectorum ponamus, nihil autem eorum praetermittamus, quae specie quadam videantur etiam hominum acutorum oculos praestinguere posse. Praeterea ipsam causam tractabimus, neque cum quoquam homine nobis disceptatio erit: unde saepe adversus rationes et argumenta pugnabimus ita, ut eorum auctores non nominentur; quanquam hoc ut plerumque fieret, res ipsa postulare visa est.

Erit autem disputationis nostrae haec ratio et descriptio, ut quaecunque ad loquendi usum et ad res historiae fide illustrandas pertineant, in commentariis ipsi Platonis orationi subiunctis tractemus. Talia enim quoniam ita tantum possunt facile diiudicari, si ipsa scriptoris verba ob oculos habeas, a praevia hac disquisitione seiungere consultum duximus. Praeterea etiam de singularum argumentationum et conclusiuncularum vi et connexione in commentariis explicabimus. Quaecunque autem ad universi libri argumentum et consilium itemque ad materiae tractationem pertinent, hac praefatione ita illustrabimus, ut, quantum fieri possit, malae suspicionis causae et argumenta removeantur. Itaque primum libri argumentum perpetua oratione enarrabimus; deinde dicemus de eiusdem proposito ac descriptione; denique examinabimus formam et rationem disserendi in eo conspicuam. Quibus expositis quid de tota controversia iu-

dicari oporteat, dilucide apparebit. Et argumentum quidem libri hoc est.

In exordio sermonis Socrates Alcibiadem, sibi forte obviam venientem, ita alloquitur: Miraberis fortasse, inquit, quod ego, qui primus fere te amaverim, nunc, posteaquam ceteri amatores tui te deseruerunt, neutiquam a te abalienatus sum, sed post tam multos annos iam te rursus compello. Quod autem his proximis annis a consuetudine tua et familiaritate abstinui, eius rei causa non humana quaedam, sed divina fuit, de quo postea. Nunc vero nihil fuit, quod me prohiberet, quominus rursus ad te accederem, neque in posterum futurum arbitror. Interea autem, quomodo te erga amatores tuos gereres, studiose observavi, atque animadverti neminem illorum fuisse, quin superbia tua et arrogantia a tui amore averteretur. Causae autem, cur eos adeo contemneres ac despiceres, hae fuerunt. Putas enim te nullius hominis ope et auxilio indigere, quum et corporis et animi bona cumulata habeas. Nam ut omittam divitias, quibus non adeo multum tribuere videris, et pulcritudine tua et generis nobilitate et cognatorum, praecipue Periclis, potentia atque auctoritate maxime superbire consuevisti. Hac autem superbia tua quum ceteros amatores omnes a te deterrueris, miraturum te esse existimo, cur ego te amare non desinam. Ad haec Alcibiades: Hoc ipsum ego te volebam interrogare, quid tandem sperans atque cogitans me perpetuo secteris, ita ut, ubicunque versor, ibi tu quoque compareas. Cui Socrates: Quum ergo hoc scire aveas, facilem, opinor, mihi dicenti praebebis aurem; quanquam ego quemadmodum aegre hunc sermonem institui, ita aegre dicendi finem inveniam. Dudum autem meus erga te amor evanuisset, si te iis bonis, quae modo commemoravi, acquiescere vidissem. Nunc vero te multo maiora spectare atque cogitare scio. Existimas enim te, simulatque rebus publicis interesse queas, id quod brevi futurum est, protenus Atheniensibus demonstraturum, quantis honoribus dignus sis, ideoque mox ad tantum potentiae et auctoritatis fastigium escensurum, ut non modo inter Graecos, sed etiam inter barbaros, adeoque per universum terrarum orbem futurus sis longe celebratissimus. Iam si quaeris, cur ego te tam alta spectantem non deseram, causam rei omnem tibi aperiam candide et ingenue. Puto enim te sine meo auxilio non posse

eo, quo tendis, pervenire, eaque ipsa causa est, cur deus mihi nunc demum rursus tecum colloqui concesserit. Nam quum esses aetate imbecillior, verendum sane fuit, ne sermones mei irriti essent prosperoque eventu carerent; nunc autem ad id aetatis pervenisti, ut non frustra institutum iri hoc colloquium sperare liceat*). His auditis miratur Alcibiades, quod Socrates dixerat, fieri non posse, ut sine ipsius auxilio consilia sua perficeret. Cui ille ita pollicetur se huius rei causam explicaturum, si velit cum ipso instituere sermonem longiorem. Itaque dehinc orditur colloquium, cui hoc est propositum, ut Alcibiades rerum gravissimarum ignorantiae coarguatur et ad meliorem sui cognitionem perducatur. Hoc nimirum illud ipsum est auxilium, quod Socrates superbo et elato adolescentulo praestare constituit.

Est autem summa sermonis fere haec. Vis ergo, o bone, inquit Socrates, brevi tempore reipublicae dare operam atque saluti civitatis consulere. Quodsi igitur ego te in suggestum prodeuntem**) interrogem, num tu ceteris omnibus melius perspecta habeas ea, de quibus verba facturus sis, facile praevideo id te affirmaturum. Atqui ego de hac re non sine causa idonea dubitare mihi videor. Quae enim novimus, ea vel ab aliis didicimus, vel ipsi excogitavimus et reperimus. Iam vero quae tibi dudum scire et cognovisse visus es, ea certe discere ab aliis aut exquirere supervacaneum iudicavisti. Nullum autem tempus fuit, quo ea, quae ad gubernandam rempublicam necessaria sunt, didiceris. Nam quae in ludo puerorum didicisti, de iis Athenienses consultare non solent. Quodsi autem de aliis rebus deliberant, artium peritos in consilium adhibent nulla habita pulcritudinis aut nobilitatis aut opulentiae ratione. Quibusnam igitur in rebus eos poteris consilio tuo adiuvare? Nimirum in negotiis ipsorum, ut ais, recte prudenterque administrandis, quum de bello et pace aliisque rebus ad civitatem pertinentibus consultant. At vero ad haec omnia cognitio eius, quod melius est, requiritur, quemadmodum ad luctandum scire opus est, quibuscum et quando et

*) P. 103—105. E.

**) Nemo enim Athenis aetatis causa, dum ex ephebis excessisset, prohibitus est, quominus publice verba faceret. v. Schömann. De Comit. p. 105 sq.

quo modo certamen inire satius sit. Quidnam igitur illud est, quod melius esse dicis in republica moderanda? Nimirum hic iustitia et iniustitia respicienda est. Ergo te iuris peritum esse oportet *).

His explicatis Socrates arguit Alcibiadem nunquam haec didicisse, quum nullum tempus possit inveniri, quo ea pervestigare et explorare instituerit. Nam ante pueritiae tempus talia non posse comprehendi atque meditando exquiri; in pueritia autem eum cum aequalibus conversantem sibi iam visum esse ista omnia percepisse accurateque intellexisse. Itaque Alcibiades, his dialecticis laqueis se expediturus, respondet, etsi harum rerum nullum habuerit magistrum, tamen a populi multitudine se didicisse, quid iustitiae conveniat, quid ei repugnet. At vero Socrates populum malum censet iustitiae esse magistrum, qui ne talorum quidem ludum quenquam possit recte edocere. Cui ille satis acute reponit eadem se ratione, qua sermonis patrii notitiam a populo acceperit, etiam iustitiae cognitionem illi acceptam referre. Verum Socrates quanquam largitur Graece loquendi facultatem a populo posse addisci, ut qui eandem loquendi consuetudinem constanter teneat et observet; tamen de iustitiae institutione ac disciplina idem iudicari non posse arbitratur, propterea quod populus de iusto atque iniusto mirifice ambigat ac dissentiat. Cuius argumenti vim atque pondus sentiens adolescentulus eo tandem perducitur, ut se iustitiae imperitum esse confiteatur **).

Sed ne sic quidem ille causam suam protenus deserit. Confugit enim a iustitia ad utilitatis rationem, raro Athenienses monens de eo, quod iustum sit, ac semper fere de eo, quod sit utile et expediat, deliberare; non esse enim utile idem atque iustum, propterea quod multis magnae iniuriae summam attulerint utilitatem, ac vicissim iustitia damnum. His auditis Socrates primum quidem argumentatur Alcibiadem ignorare, quid sit utile; deinde illud non esse ab honesto seiunctum contendit ***). Quod quidem hac argumentatione efficere studet. Quidquid iustum est, inquit, id

*) P. 106. A. — 109. C.

**) P. 109. C. — 113. C.

***) Fuisse hanc Socratis sententiam docuit Stäudlin. Geschichte der Moralphilosophie. p. 84 sqq.

etiam honestum censetur. Quod autem honestum est, idem etiam bonum. Nam quanquam pro varia ratione una eademque res et bona et mala videri potest, veluti quum quis fortitudine, quae per se est bona et honesta, mortem sibi accelerat, quod in malis numeratur, tamen quatenus quid honestum est, eatenus etiam in bonis ducitur. Ita fortitudo per se bona est, adeo ut nemo quisquam paullo cordatior eam vel cum ipsa vita velit permutare; timiditas autem et ignavia maximis malis annumeratur; eoque fit, ut hanc omnes aversentur; illam, quamvis saepenumero cum vitae iactura coniunctam, colant atque magni faciant. Ex quo consequitur iusta omnia esse bona, neque bonitatem atque honestatem seiungi a se invicem atque divelli posse *). His explicatis, etiam alia subiungitur rei demonstratio, manifesto tamen ducta illa ex verborum ambiguitate. Qui bene agit, inquit Socrates, is beatus est. Enimvero εὖ πράττειν apertum est duplici significatione intelligi, ut sit et recte agere et prospera uti fortuna. Sed hoc significationis discrimine neglecto Socrates ita pergit ratiocinari. Beatus qui dicitur, is boni gaudet possessione. Ergo recte agere bonum est. Idem vero etiam honestum censetur. Itaque bonum et honestum hac quoque argumentatione unum idemque esse evincitur. Iam vero bonum utile est, idemque antea vidimus etiam de iusto iudicari oportere. Ex quo apparet iustitiam ab utilitate non esse seiunctam, nec fieri unquam posse, ut iustitia per se spectata subinde mala sit **).

Fatetur iam Alcibiades se tanquam vertigine correptum mirifice iudicio suo fluctuare. Quod Socrates argumentum inscitiae ait esse, siquidem de iis rebus, quas aut certo cognoverimus, aut didicisse nobis non temere videamur, non soleamus ambigere multumque dubitare: arrogantis autem ac superbi esse, ea novisse sibi videri, quae revera nescias. Illam tamen inscitiam omnium turpissimam maximeque noxiam arbitratur, si quis sibi scire videatur res magnas atque graves, quas revera nesciat. In harum autem numero maxime habendas esse iustitiae, pulcritudinis, honestatis et utilitatis rationes, quarum qui sit imperitus, eum haud dubie in maximarum rerum

*) P. 113. C. — 116. A.

**) P. 116. A. — D.

ignorantia versari. Itaque Alcibiadem denique graviter vituperat, quod multorum aliorum perversitatem imitatus prius ad rempublicam accedere decreverit, quam eorum adeptus sit scientiam, quae ad gerendam rempublicam necessario requirantur. Nam hoc quanquam plurimorum sit vitium, a quo ne Pericles quidem prorsus alienus videatur, ut qui neminem alium reddere potuerit prudentem ac sapientem, tamen eiusmodi esse censet, ut in homine ingenuo ferendum non sit *).

Verum haec omnia etsi Alcibiades facile concedit recte explicata esse, tamen non multum referre arbitratur, utrum quis sapiens sit necne: plurimos enim Atheniensium, qui rempublicam administraverint, ipsius Socratis iudicio rudes et indoctos fuisse, ideoque sibi videri supervacaneum discendo multa atque exercendo operam perdere, praesertim quum futurum praevideat, ut ipse ingenii sui praestantia et naturae bonitate aemulos omnes facili negotio superet. Ad haec autem Socrates: Ista vero, inquit, tua animi indole et ingenio prorsus indigna sunt. Neque enim cum unis adversariis, qui in nostra civitate sunt, tibi erit contendendum; sed etiam cum externis hostibus subeundum certamen, sicuti fert consiliorum tuorum magnitudo. Quum igitur iis omnibus, qui quid laudabiliter gerere et administrare cupiunt, ad optima quaeque enitendum sit; tum tibi, qui rempublicam Atheniensium administrare constitueris, haudquaquam in vulgaribus istis aut mediocribus studiis subsistendum est, sed id potius agendum, ut quam maxime virtute ac sapientia excellas, quo superior evadas iis, qui reipublicae nostrae maxime timendi sunt, Lacedaemoniorum atque Persarum regibus. Sed nec hac oratione reprimitur adolescentis superbia, qui Persarum et Lacedaemoniorum reges arbitratur aliarum rerumpublicarum principibus nihilo esse meliores. Quapropter Socrates iam id agit, ut prolixa oratione doceat tanta esse regum illorum bona et commoda, ut Alcibiades, quamvis generis nobilitate, educatione, divitiarum possessione, aliis bonis, maxime superbiat, tamen cum illis nullam subire queat comparationem. Qua quidem argumentatione superbissimo

*) P. 116. — D. 119. A.

adolescenti tandem etiam illud eripitur, cuius causa maxime se dignum putabat, ad quem summi in republica honores deferrentur *).

Itaque nunc tandem confitetur illud sibi agendum esse, ut melior fiat, rogatque Socratem, ut quo modo id effici queat, explicare et ostendere velit. Hic igitur ea de re communiter quaerendum censet, si quidem ipse nulla ex parte illo melior sit, nisi quod meliore utatur tutore quam Pericle. Itaque nunc ea instituitur disputatio, unde Alcibiadem apparet ne illud quidem intelligere, quibusnam in rebus sibi elaborandum sit, ut ad maiorem virtutem et sapientiam perveniat. Cupimus, inquit Socrates, quam optimi fieri. At quanam in arte ita nobis erit elaborandum? Respondet ille: In ea certe, qua boni viri excellunt. Tum hic: At quaenam ista est? Ars rerum prudenter gerendarum et administrandarum. Sed quae tandem res intelliguntur? nimirum de equis domandis, de navibus gubernandis, de sarciendis vestimentis, aliisque id genus negotiis certe sermo esse non videtur. Tandem adolescens honorum cupidissimus se eas res intelligere ait, quae pertineant ad reipublicae administrationem. Cui Socrates: Easne igitur dicis, quibus aegrotantibus, metentibus, aut aliud quid facientibus praesumus? Ad haec ille: Non istas quidem dico, sed eas potius, quibus hominés communiter aliquid facientes regere et moderari solemus. Ergo, inquit ille, quibus navigantes, canentes, saltantes moderamur; nam hi certe omnes faciunt negotia sua communiter. Cui Alcibiades: Minime vero, inquit; sed eos dico, qui vitae civilis communitate continentur. Hic vero Socrates denuo interrogat, quanam tandem arte civilia negotia administrentnr. Respondet adolescens id unice bono consilio effici. Verum Socrates isto quidem adminiculo etiam in aliis negotiis gerendis opus esse monet, ideoque necessarium videri, ut finis eius et propositum in gubernanda republica curatius definiatur. Itaque ille boni consilii hanc vult esse vim, ut respublica et geratur melius et facilius conservetur. Quo accepto Socrates: Quid ergo est, inquit, quod civitates continet atque servat? Respondet ille: Amicitia atque concordia civium. Sed quonam modo, inquit Socrates, haec effi-

*) P. 119. B. — 124. B.

citur et servatur? Cui adolescens: Fieri hoc ita potest, si quisque civium sua negotia tractat. Sed ne hanc quidem responsionem Socrates probandam existimat, propterea quod ubi sua quisque negotia agat, dissensio nascatur atque discordia. Hic vero Alcibiades rursus eo deductus est, ut suam ipse ignorantiam confiteatur. Socrates tamen eum cohortatur, ne de se desperet, sed potius curam gerat sui, quandoquidem ita futurum sit, ut quae ipsi desint possint aliquando addisci atque comparari *).

Posteaquam igitur eum commovere studuit, ut porro secum velit disputare, tandem hoc anquiritur, quid sit curam gerere sui. Hoc enim explicato Socrates causas ignorantiae istius et remedia inventum iri arbitratur. Pertinet autem cura nostri non ad ea, quae nostra appellamus, veluti ad illa, quae pedibus, manibus, universo denique corpori sunt propria. Enimvero corporis membra nostra quidem sunt, nec vero naturam nostram efficiunt aut absolvunt. Itaque accurate exquirendum est, qui nosmetipsi simus et quid sit illud, in quo hominis natura, quae dicitur proprie, cernatur. Est autem id, quod re quapiam utitur, diversum ab eo ipso, quo utitur; hoc enim est instrumentum illius, qui quid facit. Ex quo efficitur, ut omne id, quo homo utitur, non ipse homo sit, sed ab eo diversum.

Iam vero quum corporis ministerio utamur, corpus quidem apparet homini servire, nec ad eius naturam proprie pertinere. Nam homo aut animo constat, aut corpore, aut utroque in unum coniuncto. Atqui corpus quidem certum est non esse ipsius hominis vim naturamque, propterea quod animi imperio, corporis servitio utimur. Ex quo ipso illud quoque consequitur, non animum atque corpus simul efficere hominis dignitatem et praestantiam. Relinquitur ergo, ut in uno animo virtus et praestantia humanae naturae quaerenda sit. Itaque illi, qui corporis aut eorum, quae ad illud pertinent, divitiarum, honorum, pulcritudinis, aliarum rerum similium, curam gerunt, si accurate dicendum sit, non videntur semetipsos curare, ideoque nec vera sapientia instructi esse, quae ex una sui cognitione oritur, neque iis recte potest attribui, qui artis alicuius ad cor-

*) P. 124. B. — 127. D.

poris cultum pertinentis periti sunt. Quum vero unus animus sit, quo humana natura absolvitur, te qui vere amat, o Alcibiade, non corpus tuum, sed animum potius amare debet. Qua in re quoniam ceteri amatores tui cum vulgo erraverunt, evenit illud, de quo antea loquebamur, ut hi te deseruerint, ego te constanti amore prosequar. Nam animum veri rectique amantem perpetuo diligimus. Tu autem nunc in eo aetatis flore constitutus es, ut quum forma et pulcritudo corporis decedat, ipse animus tuus iam vigere demum incipiat. Quodsi igitur hanc tibi conservaveris animi virtutem neque turpi plebis adulatione contaminaveris, nunquam futurum est, ut amare te desinam *).

Hac oratione commotus adolescens et vi veritatis perculsus protenus Socratem illud rogat, qua ratione nostri curam optime geramus Itaque hic vim et sententiam dicti illius Delphici: Nosce te ipsum, declarare instituit. Qua in disputatione utitur comparatione ad id, quod explicaturus est, illustrandum haud sane inepta. Quemadmodum, inquit, si quis oculo corporis praecipere, ut se ipsum contemplaretur, is nihil aliud vellet fieri, quam ut oculus id consideraret, cuius vi semet ipsum cerneret, id est oculum alium eiusque aciem; ita qui hominem iubet semet ipsum noscere, eum vult intueri et considerare id, quod ipsi est simillimum et veram humanitatem complectitur, hoc est animum eiusque partem praestantissimam. Est autem in animo nostro nihil melius mente et sapientia, qua una maxime ad similitudinem cum deo evehimur. Hanc igitur qui intuetur, is res divinas atque sapientiam cernere iudicandus est, eoque simul ad sui cognitionem pervenire. Ex quo nascitur etiam prudentia sive σωφροσύνη. Nam qui se ipsum novit, is mentem habet bene temperatam ideoque prudens est; qui se contra ignorat, vera destituitur prudentia ac ne rerum quidem suarum intelligentiam habet ullam, si quidem diiudicare non potest, utrum bonae an malae sint. Atque ex his omnibus evidenter apparet eiusmodi hominem nec ad rempublicam administrandam idoneum esse, si quidem is, qui se suasque res ignorat, ne aliorum quidem cognitionem habebit. Neque enim intelliget, quid sibi faciendum sit, ideoque

*) P. 127. D. — 132. A.

in curandis negotiis publicis turpiter peccabit. Quum autem qui peccat, idem miser sit, eum, qui se non noverit, in publicis pariter atque privatis rebus gerendis miserum esse consequitur, adeoque alios quoque reddere miseros, quum sublata virtute nec civitatibus opes atque divitiae ullam afferant utilitatem.

His explicatis Socrates denique Alcibiadem graviter cohortatur, ut, priusquam rempublicam capessat, ipsi virtuti studeat; nam ita demum futurum esse, ut et sibi et civitati veram afferat utilitatem. Si tu atque cives tui, inquit, iustitiam et temperantiam coluerit, hoc vobis continget, ut et deo cari sitis et divinum illud ac splendidum intuentes vosmet ipsos atque res vestras recte cognoscatis et vero etiam veram felicitatem consequamini. Sin autem iniuste egeritis et unice id, quod est expers divinitatis ac tenebricosum, respexeritis, futurum est, ut a recto et honesto recedatis. Nam potentia ratione et sapientia carens tantum abest ut in bonis numeranda sit, ut non minus periculosa videatur, quam si furioso alicui et insano quidvis faciendi potestas permittatur. Est autem melius, pulcrius et convenientius eum, qui nondum ad virtutis possessionem pervenerit, melioribus obedire, quam vicissim. Quod enim est deterius, id meliori servire par est, veraque nobilitas in sola animi virtute est posita, cui in alios deteriores debetur imperium.

Finito hoc sermone Alcibiades hanc animi nobilitatem sibi adhuc deesse ingenue confitetur, adeoque Socratem unum censet esse, qui sibi eam impertire possit. Quocirca sicuti ille se adhuc amator sectatus sit, ita vicissim ipsum se pollicetur in posterum id acturum, ut eius familiaritatem et consuetudinem perpetuo expetat. Quod quidem adolescentis consilium Socrates ita probat, ut lepidissime de amore nunc denuo conciliato iocetur. Gravissimis tamen verbis colloquium ita finit: Utinam, inquit, bonum consilium tuum ne in irritum cadat! At valde de te sollicitus sum, non quo naturae tuae et ingenio diffidam, sed vim et potentiam huius civitatis animadvertens magnopere vereor, ne tu atque ego aliquando vincamur *).

*) P. 132. A. usque ad fin.

Enarravimus totius sermonis summam et argumentum *), quod adeo est simplex et perspicuum, ut de eiusdem proposito et fine facile liceat capere coniecturam. Neminem enim fore arbitramur, quin nobis assentiatur totam scriptionem iudicantibus maxime eo pertinere, ut Alcibiadem ostendatur non per Socratis familiaritatem, sed per ipsorum Athenicnsium levitatem et perversitatem corruptum esse, quandoquidem ille unus omnium optime fastum et superbiam adolescentis reprimere eiusque animum atque spiritum ita regere et moderari potuerit, ut homo quamvis elatus et animosus tamen illius sermonibus commotus subinde et sui poenitentia tangeretur et verae sapientiae ac virtutis desiderio incenderetur **). Nam hoc demum ubi tenemus, universi libri partes omnes atque singulae inter se apte convenire videbuntur. Est autem huius rei disputatio arctissime connexa atque copulata cum aliarum rerum tractatione maximeque cum quaestione de cognitione sui, quandoquidem inter alia docetur veram humanitatem in uno animo maximeque in praestantissima eius parte positam videri, ideoque eum, qui semet ipsum velit cognoscere, missa rerum externarum cura, id unice agere oportere, ut quam sit sapiens, quam honestus, quam rerum divinarum studio deditus, videat et intelligat. Quae si vere iudicavimus, totius libri rationem ac descriptionem apparet prorsus esse Platonicam, siquidem Platonem constat in plerisque sermonibus suis hoc usum esse disserendi artificio, ut plurium rerum tractationem una opera perfecerit et sollertissima industria ad unum eundemque finem retulerit. Quod quidem in hoc libro satis artificiose ita institutum est, in quo et disputatio de iustitia ad reipublicae administrationem necessaria, et quaestio de honestatis et utilitatis necessitudine, et cognitionis sui pervestigatio cum primario sermonis argumento aptissime cohaereat ***). Nec vero

---

*) Ob oculos illud habuit Persius Satyr. IV., id quod iam Politianus Miscell. c. 4. observavit.

**) De criminationibus in Socratem propter Critiam et Alcibiadem conlectis v. Süvern. Ueber Aristophanes Wolken p. 67. sqq.

***) Aliter de hac re iudicavit Schleiermacher. l. c. p. 300. seq.

illud a Platonis arte abhorret, quod haec omnia magnam certe partem magis significantur quam dilucide explicantur. Quominus enim uberius illustrarentur, summus ille et extremus finis prohibuit, quem antea diximus libri auctorem in hac scriptione secutum esse. Habent igitur haec omnia certissima artis et ingenii Platonici signa *), unde, nisi aliae res id prohibeant, summo iure libri fidem auctoritatemque defendere liceat. Nec vero ipsa libri materia quidquam continere videtur, quod a Platonis mente et sententia abhorreat. Nam primaria quidem scriptionis pars, quae in Socrate defendendo cernitur, generoso discipuli animo nequaquam indigna est. Constat enim certissimorum testium auctoritate, Xenoph. Mem. I, 2, 12. et Aeschin. adv. Timarch. p. 169. ed. Reisk., inter crimina in Socratem coniecta non levissimum fuisse illud, quo Critiam et Alcibiadem corrupisse ferebatur. Quid igitur? putabimusne Platonis animum dedecere, quod istam adversariorum criminationem refellere studuerit atque luculento aliquo exemplo patefecerit, qua ratione Socrates Alcibiadem tractavisset et ad recti honestique studium incitavisset? An illud cum eius sententia pugnare censebimus, quod ipsos Athenienses arguit vani quidem ac superbi, sed omnibus naturae bonis cumulati adolescentis ingenium et mores corrupisse, quippe qui nec iusti et iniusti in administranda republica rationem duxerint, nec utilitatem ab honestate seiungere soleant, nec civilem prudentiam tenuerint recte quidem informatam illam? Nimirum haec omnia cum Platonis decretis in aliis sermonibus, maximeque in Gorgia et Republica expositis adeo conveniunt, ut veluti pro quibusdam initiis eorum atque rudimentis habenda videantur. Quocirca in priore quidem libri parte nihil reperitur, quod tanquam minus Platonicum notare et reprehendere liceat. Idem vero etiam de posteriore iudicandum est,

*) Non possum assentiri Schleiermachero l. c. p. 297. ita scribenti: „Will der Leser näher untersuchen, was doch das Gespräch eigentlich will; so wird er nicht recht wissen, wohin er sich wenden soll, zuerst aber gewiss eingestehen, dass es von dem, was die zweite Ueberschrift verheisst, dass es nemlich von des Menschen Natur handeln soll, blutwenig enthält.“ Secundarias librorum Platonicorum inscriptiones grammaticis aeceptas referri nota res est, nec ipsi Schleiermachero incognita.

quum disputatio illa de animi et rationis praestantia deque sui cognitione agitata nihil contineat, quod non possit cum Platonis doctrina facillime conciliari. Quod enim docetur humanitatem, quae proprie dicatur, in una mente et ratione inesse, quae divinam habeat originem, ideoque cum rebus divinis maximam cognationem referat, fuit hoc placitum Platoni cum Socrate commune, ut apparet Xenoph. Mem. I, 4, 8. Cicer. De Nat. Deor. II, 6. III, 11. Phaedon. p. 80. A. sqq, p. 94. B. sqq. Phileb. p. 16. C. Legg. V. in. Timaeo passim. Ab hac igitur profectus sententia philosophus etiam sui cognitionem definivit ita, ut eam maxime ad rationis ac divinitatis conscientiam revocaret, unde efflueresceret ἡ σωφροσύνη, de qua legas Charmid. p. 164. D. sqq. et nostra ad eum librum Prolegomena. Quanquam vero haec disputationis pars est paullo obscurior, quae tamen obscuritas maxime ineptis glossematis nata est; tamen ea nihil complectitur, quod Platonis rationi vel doctrinae adversetur. Nam quemadmodum in Republica et Legibus ex eo, quod animus sit pars hominis praestantissima, colligitur eum maxime curari et erudiri oportere, ita in Alcibiade nostro cognitio sui in animi et rerum divinarum notitia inesse docetur, propterea quod animum omnem humanitatem efficere et cum rebus divinis arctissima necessitudine contineri demonstratur.

Videmus igitur ipsum dialogi argumentum eiusque descriptionem nihil habere, quod Platonis ingenio et sollertia indignum sit. Progredimur ad considerandam materiae tractationem, quae vel in scenico sermonis apparatu vel in disserendi forma et ratione est conspicua. Et scenicus quidem ornatus operis etsi graviter a quibusdam vituperatus est, tamen rebus accurate consideratis nihil inepti aut insulsi habere videtur. Nam tempus colloquii ipsi argumento convenienter constitutum, quandoquidem ex eo simul perspicitur Alcibiadem nonnisi per breve tempus Socratis familiaritate et institutione usum esse. Habitum fingitur colloquium aliquanto ante pugnam ad Potidaeam, sicuti ex iis apparebit, quae ad p. 103. A. disputavimus. Quo tempore quod Socrates Alcibiadi post longius temporis intervallum rursus appropinquasse narratur, id minime pugnat cum illis, quae Sympos. p. 215. D. sqq. et Protagor. in. leguntur, si quidem quae ibi narrantur, in ea tempora incidunt, quae postea sunt insecuta. Locus porro, etsi non designa-

tur accuratius, facile tamen cogitari potest percommodus: fingere enim licet adolescentulum Socrati casu in via publica obvium. Actio ipsa, hoc est colloquinm, iustum habet initium, progressum atque exitum, quandoquidem Alcibiades mira quadam rerum conversione tandem eo permovetur, ut, quum antea Socratis amorem superciliose sprevisset, postremo ipse eum amanter sectari decernat. Sed singularis videtur morum notatio, quae a Schleiermachero et Astio acerbissime exagitata est. Pervicax enim illud et protervum Alcibiadis ingenium adeo non adumbratur ac depingitur, ut, si a paucis quibusdam sermonis partibus discesseris, vix aliquod eius vestigium cernas. Hoc igitur tale est, ut quomodo defendi vel excusari queat, accurate exquirendum sit. Ac nobis quidem ne hac quidem in re verisimilitudinis leges a scriptore neglectae esse videntur, modo meminerimus, qua opportunitate et quo consilio sermo habitus fingatur. Etenim fastus et superbia Alcibiadis et in principio sermonis cernitur et eo loco depingitur satis vividis coloribus, ubi de sua generis nobilitate et ingenii praestantia loquens inducitur. Quod autem adolescens, posteaquam Socratis amorem fastidiose ac superbe reiecit, nihilominus deinceps sermonem cum eo instituit, et instituit ita, ut fere partes obsequiosi discipuli agens se reprehendi ac redargui patiatur, hoc tantum abest ut mirum videri debeat, ut ad ipsam rerum veritatem adumbratum videatur. Posteaquam enim ille Socratem audivit divina quadam admonitione ductum suam familiaritatem rursus appetere adeoque solum sibi videri idoneum, cuius ope ipse ad altum illud, quod spectabat, dignitatis et potentiae fastigium pervenire possit, opportunitatem cum eo colloquendi avide amplectitur. Sed ubi semel cum eo colloquium instituit, ita se eius sermonibus allici ac teneri sentit, ut non modo magistrum ignorantiam ipsi exprobrantem non moleste ferat, sed cupide eius sententiam sciscitetur ac tandem eum studiose sectari constituat. Nimirum erat Alcibiades vario et versatili ingenio, ut facile in utramque partem moveretur. Itaque Socratem audiens eius oratione solebat ita deliniri atque eo modo affici, ut pristinae oblitus levitatis optima quaeque consilia caperet nec magistri monita et praecepta temere aspernaretur. De qua re divinus est locus Symposii p. 216. A. B. C., quocum contendisse iuvabit illa Xenophontis Mem. I, 2, 18. *οἶδα δὲ*

κἀκεῖνω (Critiam et Alcibiadem) *σωφρονοῦντε, ἔστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω, μὴ ζημιοῖντο ἢ παίοιντο ὑπὸ Σωκράτους, ἀλλ' οἰομένω τότε κράτιστον εἶναι οὕτω πράττειν.* conf. ann. ad p. 135. C. Haec igitur omnia nobiscum reputantibus nescio quo modo semper visum est eam in hoc sermone exhiberi Alcibiadis adolescentis imaginem, quae ad ipsius vitae veritatem satis diligenter expressa sit. Sed videamus nunc de Socrate, in cuius moribus item fuerunt qui singulare quiddam sibi animadvertere viderentur. Ac primum quidem illud offensioni fuit, quod is in principio dialogi Alcibiadi operam suam commendat paullo insolentius. Nimirum hoc pugnare visum est cum illa urbanitate, qua alias suam ipsius sapientiam callide dissimulat. At vero primum quidem nunc sese dei auctoritate et iussu agere dicit. Deinde quale tandem est illud officium quod adolescentulo praestare vult? Nempe id unum agit *εἴρων* callidissimus, ut eum ad ignorantiae confessionem adigat. Quocirca nos quidem usitatam viri urbanitatem in hoc loco neutiquam desideramus. At vero, inquiunt, illud certe non caret molestia quadam, quod urbanus scilicet Socrates tuus adolescentem subinde increpat gravius quam mos et consuetudo hominis verecundi ferre videatur. At enim vero quod a verecundia et modestia alienum sit, nihil a Socrate admitti meminimus. Quod autem subinde deplorat tristem ignorantiae conditionem, in qua versetur Alcibiades, hominemque praematura ingenii opinione mirifice inflatum acerbe castigat, id vel maxime decet eum, qui teste Xenoph. Mem. III, 9, 6. sibi persuaserat *τὸ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν καὶ μὴ ἃ οἴδε δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας εἶναι*, et qui omnino in eos, qui sibi temerario fastu sapere videbantur, acrius invehi consueverat: de qua re ipsum audias Apolog. Plat. c. 17. extr. et c. 26. verba facientem. Quocirca nos quidem ista orationis acrimonia, si qua est, minime offendit, praesertim quum in discipulo, quem diligeret, reprehendendo alia usus sit dicendi ratione, quam alibi in ridendis sophistis.

Verum hoc ipsum tale est, ut de disserendi ratione per totum librum regnante dicendum esse commoneat. Hic vero negandum non est aliquid singulare animadverti, quod quale sit, postea aperiam. Nunc enim universe dicam, quid mihi de hac re videatur. Igitur vere nobis videmur affirmare materiam operis bene esse

instructam et dispositam, argumentationes apte conclusas, singulas denique sententias ita connexas et coagmentatas, ut nihil usquam hiet, nihil alieno ponatur loco, nihil temere intrusum inveniatur. Nam longiores illae declamatiunculae, quibus Socrates aliquoties utitur, etsi magnae offensioni fuerunt, tamen quia versantur in argumentis, quae nonnisi oratione perpetua poterant commode explicari, et universae scriptionis consilio prudenter accommodatae sunt, nihil sane videntur habere, quod merito reprehendas, praesertim quum Socrates etiam alibi apud Platonem, sicubi res ita fert, longiores sermones recitet. Neque in eo haerendum est, quod adolescens aliquoties argutis et spinosis argumentationibus luditur, veluti p. 124 usque ad p. 127. D. Hoc enim nec abhorret a libri materia, siquidem ille vel sic ignorantiae convincitur, et pertinet simul ad ridendam sophistarum disciplinam et institutionem, qua Alcibiadem usum fuisse Socrates ipse significat. Hactenus igitur res salva est. Sed singulare illud videtur, quod oratio subinde nimis fusa ac tortuosa est, quandoquidem Alcibiades etiam ea docetur, quae nemo dubitet vel sine magistri admonitione ab eo perspici potuisse, adeoque res per se clarae et perspicuae copiosa exemplorum enumeratione illustrantur, veluti p. 117. B. C. et p. 124. D. sqq. Hoc igitur illud est, quod maxime effecisse arbitramur, ut homines acutissimi plane de libri fide et auctoritate, quantumvis antiquitatis testimonio confirmata, dubitare inciperent. Nec vero diffitemur eam rem nobis minime videri laude vel praeconio dignam. Veruntamen iidem non dubitamus contendere hanc unam molestiam non esse talem, ob quam tota scriptio Platonis nomini eripienda sit. Nam primum quidem reliqua omnia in ea Platonis ingenium spirant, aut certe eo non sunt indigna. Deinde nunquam potuimus nobis persuadere omnia Platonis opera sine discrimine ad summam perfectionis laudem fuisse elaborata, quum vel inter ea, quae maturiore composuit aetate, reperiantur, in quibus subinde viri artem et subtilitatem desideres. Denique causas quasdam videmur reperisse, cur in hoc libro non ea disserendi sollertia et elegantia cernatur, quam alias tersissimo scriptori propriam esse novimus. De qua re paucis exponere licebit. Et primum quidem illud respiciendum est diligenterque animadvertendum, quod Alcibiades talis informatur ac depingitur, qui etsi sophistarum usus disciplina

est *), tamen disserendi artem fere nullam habeat; ex cuius rei observatione bona pars istius inertiae scilicet et infacundiae iudicanda est, quam operis auctori tribuunt. Etenim quemadmodum philosophus alias sophistas sic induxit loquentes, ut in notionibus distinguendis vel definiendis turpissime labantur, ita nunc eo modo dicentem fecit adolescentem Alcibiadem, ut quantumvis magna ingenii sui opinione inflatus tamen vel in iis rebus caecutire videatur, quae e vitae communis consuetudine depromtae sunt. Nimirum ita perspicue intelligitur, qualis fuerit hominis doctrina et eruditio, quo tempore se Socrati in disciplinam dederit. Sed alia etiam sunt, quae satis patefaciant, cur minor in hoc opere conspicua sit artis perfectio. Quorsum referimus illud, quod scriptor videtur veram germanamque disserendi rationem Socraticam imitatione exprimere voluisse. Quemadmodum autem simplicissima quaeque ad imitandum difficillima sunt, ita etiam simplex illa disputandi ratio Platonem in devia quaedam abduxisse videtur, praesertim quum nondum talis scribendi artifex exstitisset, qualis postea temporis factus est. Hoc igitur observantes facile intelligemus, qui fieri possit, ut multa fusius disputata sint quam pro ipsius Platonis consuetudine. Huc accedit denique, quod dialogus videtur a philosopho compositus esse, quo tempore vix adolescentiae annos ingressus erat. Nam nisi coniectura fallit, scriptus est eo tempore, quo accusatores Socratis, causam eius iamiam in iudicium adducturi, malos rumores de familiaritate, quae ipsi olim cum Alcibiade intercessisset, sedulo sparserant et exaggeraverant. Quod quidem quum ex universo libri argumento et consilio concludere liceat, tum maxime inde coniici potest, quod colloquium ab amatoribus Alcibiadis initium capit et eorundem commemoratione finitur. Hoc enim non temere ita fieri facile suspicabuntur, qui talia non inepte apud Platonem commemorari meminerint. Narrat vero Plutarchus **) Alcibiadem, quum Socratis familiaritate frueretur, nonnullos alios, inter

*) V. p. 106. B.

**) in Vita Alcibiadis, c. 4. ὥςτε θαυμάζειν ἅπαντας, ὁρωντας αὐτὸν Σωκράτει μὲν συνδειπνοῦντα καὶ συμπαλαίοντα καὶ συσκηνοῦντα, τοῖς δ' ἄλλοις ἐραστὴς χαλεπὸν ὄντα καὶ δυσχείρωτον, ἐνίοις δὲ καὶ παντάπασι σοβαρῶς προσφερόμενον, ὥσπερ Ἀνύτῳ τῷ Ἀνθεμίωνος· ἐτύγχανε μὲν γὰρ ἐρῶν τοῦ Ἀλκιβιάδου, κ. τ. λ. Eadem fere narrantur in Ero-

quos etiam Anytus fuerit, valde contemsisse et superciliose tractavisse. Ex quo verisimile fit Platonem simul causam aperire voluisse, cur Anytus eiusque socii, qui Socratem accusare constituissent, amicitiam eius cum Alcibiade tanto odio habuerint. Hoc autem non potuisse tempore magis opportuno ab eo fieri, quam quo magistro imminebat iudicii periculum, apertum esse arbitramur. Sed ut hoc pro dubio et incerto habeatur, illud tamen certissimum putamus, librum non esse post Socratis accusationem confectum. Nam Socrate condemnato philosophus dubitari non potest quin rem multo aliter fuisset tractaturus.

Quae quum ita sint, profecto hic dialogus etsi non ea arte insignis est, quam in aliis operibus Platonis admiramur, tamen philosopho non abiudicandus videtur.

Ceterum etiam Aeschines, Euclides, Phaedon et Antisthenes dialogos Alcibiadis nomine inscriptos composuisse narrantur.

PECULIARES DIALOGI EDITIONES.

Platonis Alcibiades I. et II. e cod. ms. bibliothecae D. Marci emendati et cum versione Ficini ac adnotationibus clarissimorum interpretum suisque editi a M. Carolo Nürnberger. Lipsiae, 1796. 8. mai. Codex manuscriptus ab editore comparatus nobis vocatur Venet. b. sive *II.* Excussus etiam a Bekkero est.

Platonis Dialogi IV. Meno, Crito, Alcibiades uterque, cum virorum doctorum animadversionibus. Curavit Biester. Libellus primum prodiit Berolini a. 1789. Tertia editio prioribus auctior et emendatior facta est a. 1811., in qua curanda Buttmannus accessit laborum socius. Quartam denique editionem penitus immutatam solus curavit Buttmannus a. 1822. 8. Ad Biesteri editionem multa contulerunt Fr. Gedike, I. G. Schneider et I. C. Gottleber, quae maximam partem a Buttmanno conservata sunt.

Platonis Symposium et Alcibiades primus. Recensuit Fr. Astius. Landishuti, 1809. 8.

Perparvus hodie usus est eorum, quae Etwallus

---

tic. p. 762. C. p. 56. Wyttenb. et ab Athenaeo XII. p. 534. E. F. Anytum istum non esse alium quam Socratis accusatorem erudite disputavit Luzac ad Orat. De Socrate cive p. 133.

et Alterus suppeditarunt, quorum editiones sub hoc titulo prodierunt:

Platonis Dialogi tres, Alcibiades I. II. et Hipparchus, quibus praefiguntur Olympiodori vita Platonis et Albini in dialogos Platonis introductio. Graece et Latine. Opera et studio Guil. Etwall. Oxonii, 1771. 8. Usus est editor codice manuscr. bibliothecae Bodleianae, qui primum Alcibiadem continet, sed eum pro more illorum temporum vix leviter inspexit.

Platonis Dialogi IV. Meno, Alcibiades I., Phaedo, Phaedrus. Graece ad editionem H. Stephani expressi. Curavit F. C. Alter. Viennae, 1784. 8. mai. Accessit varietas lectionis ex codice bibliothecae Vindobonensis Num. XXI. excerpta.

Praeterea commemorandi sunt Procli et Olympiodori in hunc librum commentarii, nuper demum a Cousino atque Creuzero, Viris Clarissimis, in lucem editi. Germanici editoris opus ita inscriptum est:

Initia philosophiae ac theologiae ex Platonicis fontibus ducta, sive Procli Diadochi et Olympiodori in Platonis Alcibiadem commentarii. Ex codd. mss. nunc primum Graece edidit itemque eiusdem Procli institutionem theologicam integriorem emendatioremque adiecit Fr. Creuzer. Francof. ad Moen. 1820—25. 8. mai. Partes IV., quarum prima complectitur Procli in Alcibiadem I. commentarios, secunda Olympiodori scholia, ut vulgo inscribuntur; tertia habet Procli institutionem theologicam; quarta denique Nicolai Methonensis refutationem institutionis theologicae Procli Platonici a Io. Theod. Voemelio curatam. Procli commentarius vix dimidiam Alcibiadis partem exponit desinitque in verbis Platonis p. 116. A. ed. Steph. *οὐδὲν ἄρα τῶν καλῶν — ἀγαθόν. Φαίνεται.*

Eundem Procli commentarium edidit etiam Victor Cousin in Opere sic inscripto:

Procli philosophi Platonici Opera e codd. mss. biblioth. reg. Parisiensis nunc primum edidit, lectionis varietate et commentariis illustravit Vict. Cousin. Parisiis, 1819. sqq. 8. T. I. et seqq.

Vertit hunc dialogum praeter alios Fr. Schleiermacherus Opp. Platon. Vol. II. Part. III. p. 295 sqq. ed. sec. Interpretatio Gallica Fabri ed. Amstelodam. 1766. narrante Wyttenbachio Vit. Ruhnk. p. 172. ed. Lips. Ruhnkeniana quaedam continet.

CODICUM ELENCHUS.

Bodleianus s. Clarkianus. Coisl. *Γ*. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Paris. BCEFH (qui tamen librum non integrum continet) et U. Mon. p., qui libri omnes praeter Bodlei. a Th. Gaisfordo collatum ab Im. Bekkero excussi sunt. Vindob. I. 2. et 9., quos contulit Bastius. Codice 2. etiam Bekkerus usus est, qui eum insignivit litera *Y*. Florentt. a. b. c. d. i. o., ex quibus varias lectiones excerpsit vir clarissimus de Furia. Praeterea codices Procli et Olympiodori, quibus Cousinus et Creuzerus usi sunt, criticum usum habent.

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ

ΠΡΩΤΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. Ὦ παῖ Κλεινίου, οἶμαί σε θαυμάζειν, ὅτι πρῶτος ἐραστής σου γενόμενος, τῶν ἄλλων πεπαυμένων, μόνος οὐκ ἀπαλλάττομαι, καὶ ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι δι' ὄχλου ἐγένοντό σοι διαλεγόμενοι, ἐγὼ δὲ τοσούτων ἐτῶν οὐδὲ προςεῖπον. τούτου δὲ τὸ αἴτιον γέγονεν οὐκ ἀνθρώπειον, ἀλλά τι δαιμόνιον 103

Cap. I. P. 103. *οὐκ ἀνθρώπειον*] Sic Bodl. Vat. pro vulg. *ἀνθρώπινον*. Illud etiam Olympiodori codex Cizensis habet. Frequentem esse harum formarum permutationem docuerunt interpretes ad Thucyd. I, 22. Schaefer. Melett. p. 2. et qui discrimen aliquod utriusque vocabuli eruere conatus est Lennep. ad Phalar. Ep. p. 288. ed. Lips. Ut h. l., ita Xenoph. Mem. I, 1, 12. *δαιμόνια* et *ἀνθρώπεια* inter se opponuntur.

Cap. I. P. 103. *μόνος οὐκ ἀπαλλάττομαι*] Athenaeus V. p. 182. E. T. I. p. 415. ed. Dindorf. *διότι τοίνυν κατέψευσται τῶν νεανίσκων, πάρεστι σκοπεῖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος. τὸν μὲν γὰρ Ἀλκιβιάδην φησὶν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ διαλόγῳ παρακμάσαντα τότε πρῶτον ἄρξασθαι Σωκράτει λαλεῖν, ὅτε πάντες αὐτὸν κατέλιπον οἱ τοῦ σώματος ἐπιθυμηταί.* Merum hoc Deipnosophistae commentum esse locum Platonis vel leviter inspicientibus dilucide apparebit. Neque enim illum hic aliud quid in suis codicibus legisse quam quae nos habemus nobis plane persuasimus, qui hominem noverimus saepissime sententiam Platonis callide et fraudulenter pervertere.

δι' ὄχλου ἐγένοντό σοι διαλ.] colloquendo tibi molesti fuerunt. Nam *δι' ὄχλου γίγνεσθαί τινι* est alicui molestiam exhibere. Thucyd. I, 73. *εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν.* Dionys. Hal. T. V. p. 471. ed. Reisk. *δι' ὄχλου γὰρ ἤδη τοῦτό γε.* Id. T. III. p. 512. *ἐγὼ δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ὀνόματα οὐδὲν δέομαι καταλέγειν, ἵνα μὴ δι' ὄχλου γένωμαι.* Ioseph. Arch. VI. 22. *ἃ παραλείπω ἐκδιηγεῖσθαι, μὴ δι' ὄχλου γένηται τοῖς ἐντυγχάνουσι.* Eodem modo *διὰ* coniungitur etiam cum aliis verbis, ut cum *ἰέναι, ἔρχεσθαι, ἀφικνεῖσθαι, μολεῖν, χωρεῖν.* v. Valckenar. ad Eurip. Phoen. v. 482. Elmslei. ad Med. v. 842. Matthiae Gr. §. 580. C. Praeterea audias Grammat. in Bekkeri Anecdot. Gr. I. p. 287. 30. *Ὄχλος· σημαίνει δύο, τὴν ὄχλησιν καὶ τὸ πλῆθος*, quam observationem confirmant etiam Ammonius, Hesychius, Photius, Thomas M., Moschopulus, alii.

ἐγὼ δὲ τοσούτων ἐτῶν —] Frustra haesit in hoc loco Süvern De Nubibus Aristophanis

ἐναντίωμα, οὖ σὺ τὴν δύναμιν καὶ ὕστερον πεύσει· B νῦν δ' ἐπειδὴ οὐκέτι ἐναντιοῦται, οὕτω προσελήλυθα. εὔελπις δέ εἰμι καὶ τὸ λοιπὸν μὴ ἐναντιώσεσθαι αὐτό. σχεδὸν οὖν κατανενόηκα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ σκοπούμενος, ὡς πρὸς τοὺς ἐραστὰς ἔσχες· πολλῶν γὰρ ε-

p. 38., qui ita disputat: Ein auffallender Widerspruch ist es, dass Sokrates von dem noch nicht zwanzig Jahre alten Alkibiades schon mehre Jahre vorher sich entfernt haben soll, da Olymp. 89. 1. auf der Flucht von Delion noch Innigkeit zwischen ihnen Statt gefunden hat, und dass jenes geschehen sein soll, während Perikles noch lebte, also in einer schon um fünf Jahre frühern Zeit." Habitum fingitur colloquium Pericle adhuc vivente, ut apparet ex p. 103. B. Quum autem Socrates hoc loco profiteatur se inde a multis annis non esse cum Alcibiade colloquutum, tempus colloquii fere in annum tertium vel secundum ante pugnam ad Potidaeam incidere existimandum est, in qua pugna constat magnam inter Socratem et Alcibiadem intercessisse familiaritatem. v. Sympos. p. 219. E. sqq. Atque illo ipso tempore Alcibiades ad eam pervenerat aetatis maturitatem, ut ei mox ad rempublicam liceret accedere, quum iuvenis octodecim annorum ex legibus publicis in virorum numerum receptus esset. conf. ad Menex. p. 234. A. Nam quum pugnaret ad Potidaeam Olymp. 87. 1., nequaquam potuit minor esse quam viginti annos natus. Licet enim aetas militaris ab anno aetatis octavo decimo initium caperet, tamen iuvenes priusquam ad externa bella mitterentur, per biennium τῶν περιπόλων munere fungi solebant, de qua re v. Petit. Legg. Att. p. 653 sq. et Platner Symbol. ad Ius Attic. p. 172 sq. Cum hac ratione optime congruit quod Alcibiades infra p. 123. D. a Socrate appellatur adolescens ἔτη οὐδέπω γεγονὼς σφόδρα εἴκοσιν. Itaque Socrates illo tempore videtur iuvenis familiaritatem aliquamdiu refugisse, sive quia nihil boni de eo augurabatur, sive indolem et ingenium eius e longinquo observaturus. Quum autem animadvertisset optime de eo posse sperari, illo ipso tempore, quo ad rempublicam erat accessurus, faciendum putavit, ut denuo cum eo sermones conferret eumque a temeraria reipublicae capessendae cupiditate avocaret, quod quidem ab eo factum esse testantur etiam Xenoph. Mem. I, 2, 16. Plutarch. Alcibiad. I. p. 34. Atque inde ab hoc tempore videtur aliquamdiu interior quaedam Socrati cum Alcibiade intercessisse amicitia. Nam etsi Alcibiades teste Xenoph. Mem. I, 2, 39. 47. maxime ideo eius consuetudinem est sectatus, ut reipublicae administrandae atque disserendi facultatem adipisceretur, tamen nec virtutis praecepta a magistro impertita contemsit, nec ipsum Socratem parvi aestimavit, ut profecto mirandum non sit, quod alter alteri vel in proeliorum atrocitate tulit auxilium. De Alcibiade Socratis praeceptis non immorigero legendus est Xe-

νομένων καὶ μεγαλοφρόνων οὐδεὶς ὃς οὐχ ὑπερβληθεὶς τῷ φρονήματι ὑπὸ σοῦ πέφευγε. τὸν δὲ λόγον, ᾧ 104
ὑπερπεφρόνηκας, ἐθέλω διελθεῖν. οὐδενὸς φῂς ἀνθρώπων ἐνδεὴς εἶναι εἰς οὐδέν· τὰ γὰρ ὑπάρχοντά σοι μεγάλα εἶναι, ὥστε μηδενὸς δεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν. οἴει

noph. Mem. I, 2, 18. De eius aetate autem si quis plura scire cupiat, adeundi sunt quos commemoravit Krüger. ad Clinton. Tabul. Chron. p. 72.

τὸ αἴτιον γέγονεν — ἐναντίωμα] Stephan. arbitratur *ἀνθρώπειον* iungi posse cum *ἐναντίωμα*, quae ratio nec Buttmanno displicuit. Verbis *καὶ ὕστερον πεύσει*, significat ea, quae mox p. 103. D. E. dicturus est, in quo Schleiermacherus nollem haesisset. Quidni enim Socrati liceat hoc loco significare se postea ea de re esse dicturum? Nimirum talia si Platoni interdicta velimus esse, magnopere vereor, ne nimis severi simus. Ceterum Scholiastes: *παραπληρωματικός ἐστιν ὁ καὶ συνδεσμός. ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ* (Iliad. *β*, 827.), *ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν.* Cave tamen vocem abundare opineris.

B. *οὕτω προσελήλυθα*] Hic ita positum *οὕτω*, ut in praecedentibus verbis causam rei inesse significet, qui vocabulae usus post participia frequens est. v Engelhardt. ad Lachet. §. 19.

σχεδὸν οὖν κατανενόηκα —] Hoc vero per tempus *fere* perspexi, quomodo te adversus amatores gereres. Legg. I, p 644. A. *ὡς οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίγνονται.* Parmen. p. 128. B. *ὥστε μηδὲν τῶν αὐτῶν εἰρῆσθαι δοκεῖν σχεδόν τι λέγοντας ταὐτά.* Demosth. Olynth. II. p. 25. ed. R. *σχεδὸν ταὐτά, ἅπερ καὶ νυνί, ποιοῦντων.* Pro Coron. p. 310. *καθ' ἑκάστην σχεδόν τι ἡμέραν ἐκρινόμην ἐγώ.* Xenoph. De Rep. Laced. V. I. *σχεδὸν εἴρηται.* Cicero De Nat. Deor. I. 16. in. Exposui *fere* non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Horat. Serm. I. 3, 96. Queis paria esse *fere* placuit peccata. Mox post *οὐδεὶς* Proclus p. 94. ed. Creuz. *ἐστιν* interponit, quo tamen facile caremus.

τὸν δὲ λόγον — ἐθέλω διελθεῖν] Formula *τὸν λόγον διελθεῖν* quoniam apud Platonem ita solet usurpari, ut sit argumentum persequi et illustrare, Schleiermacherus hoc quoque certo argumento censet esse, hunc dialogum non esse Platonis. Nam *τὸν λόγον διελθεῖν* nunc manifesto significat causam et rationem rei explicare. Sed etsi huius loquutionis alterum exemplum non in promtu habemus, tamen eam censemus bene Graecam esse, ut nec Platoni eius usu interdictum velimus, quemadmodum ne patribus quidem nisi male rem gerentibus bonis interdici solet.

P. 104. *ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα*] Salvinius Obss. Misc. Vol. II. T. I. p. 275. corrigebat *ἀρξάμενον*. Cui nemo hodie assentietur. v. ad Remp. II. p. 366. E. Henad. Specim. p. 39. Matth. Gr. §. 557. et Buttmann. Ind. s. v. *ἄρχεσθαι*. Intelligenda autem verba sunt hoc modo: *πρῶτον μὲν τὰ τοῦ*

γὰρ δὴ εἶναι πρῶτον μὲν κάλλιστός τε καὶ μέγιστος — καὶ τοῦτο μὲν δὴ παντὶ δῆλον ἰδεῖν ὅτι οὐ ψεύδει —, ἔπειτα νεανικωτάτου γένους ἐν τῇ σεαυτοῦ πόλει, οὔσῃ μεγίστῃ τῶν Ἑλληνίδων, καὶ ἐνταῦθα
B πρὸς πατρός τέ σοι φίλους καὶ ξυγγενεῖς πλείστους εἶναι καὶ ἀρίστους, οἵ, εἴ τι δέοι, ὑπηρετοῖεν ἄν σοι, τούτων δὲ τοὺς πρὸς μητρὸς οὐδὲν χείρους οὐδ' ἐλάττους. ξυμπάντων δὲ ὧν εἶπον μείζω οἴει σοι δύναμιν ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξανθίππου, ὃν ὁ πατὴρ ἐπίτροπον κατέλιπε σοί τε καὶ τῷ ἀδελφῷ· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇδε τῇ πόλει δύναται πράττειν ὅ τι ἂν

P. 104. B. οὐδὲν χείρους] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. U. Vind. 1. Flor. d. et ex corr. Coisl. Vulgo οὐδὲ χ.

C. μέγα φρονεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.*, quod nunc cum

σώματος, ἔπειτα τὰ τῆς ψυχῆς. Etiam hunc locum Schleiermach. reprehendit, qui p. 513. ita annotavit: „Auch dies ist ein schlechter Gebrauch einer platonischen Redensart. Denn für die folgende Auseinandersetzung wären zu den Gütern der Seele das andere Ende gewesen die äusseren Güter." At vero quum deinceps ante omnia corporis bona enumerentur, nihil video, quod recte queat in huius formulae usu displicere.

κάλλιστός τε καὶ μέγιστος] In his si qui forte moleste ferant istud καὶ μέγιστος, scrupulum animis nimium religiosis eximent quae ad Charmid. p. 158. A. alia collegimus huius generis exempla. Alcibiadem formositate insignem fuisse incredulos docuit Gottleber., qui conferri iubet Xenoph. Mem. I, 2, 24. Plutarch. Vit Alcib. in Cornel. Nep. c. I.

νεανικωτάτου γένους —] Vigorem et animum virilem gentis denotat. De Rep. VI. p. 503. E. νεανικοί τε καὶ μεγαλοπρεπεῖς τὰς διανοίας. Ibid. p. 502. E. νεανικὴ φύσις. Plautus Trinumm. V. 2, 9. Eum sororem despondisse suam in tam *fortem* familiam. Cicero ad Fam. VI. 9. Nam et patre eius, claro homine, et *forti* viro, plurimum usi sumus. Atque ea notione fortissimus, ut clarissimus, apud Ciceronem est veluti laus et titulus hominis virtute praestantis. Pater Alcibiadis fuit Clinias, huius autem pater Alcibiades prior, qui in Euthydemo p. 275. A. ὁ πάλαιος vocatur. Hic prior Alcibiades filios habuit duos, Axiochum et Cliniam, ex quibus Clinias apud Artemisium ἱδιοστόλῳ τριήρει magna laude pugnavit, testibus Herodoto VIII. 17. et Plutarcho Vit. Alcibiad. in., et in pugna ad Coroneam Olymp. 83. 2. = a. Chr. 447. una cum Tolmida duce occisus est. v. infra p. 112. C. Isocrates De Bigg. p. 352. ed. Bekk. Plutarch. Vit. Alcib. in. Huius filius fuit Clinias, Alcibiadis nostri frater, cuius mentio fit infra p. 118. E. et Protagor.

βούληται, ἀλλ' ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι καὶ τῶν βαρβάρων ἐν πολλοῖς καὶ μεγάλοις γένεσι. προσθήσω δὲ καὶ ὅτι τῶν πλουσίων· δοκεῖς δέ μοι ἐπὶ τούτῳ ἥκιστα μέγα φρονεῖν, κατὰ πάντα δὴ ταῦτα σύ τε μεγαλαυχούμενος κεκράτηκας τῶν ἐραστῶν, ἐκεῖνοί τε ὑποδεέστεροι ὄντες ἐκρατήθησαν. καὶ σε ταῦτ' οὐ λέληθεν· ὅθεν δὴ εὖ οἶδα, ὅτι θαυμάζεις, τί διανοούμενός ποτε οὐκ ἀπαλλάττομαι τοῦ ἔρωτος καὶ ἥντιν' ἔχων ἐλπίδα ὑπομένω, τῶν ἄλλων πεφευγότων.

Cap. II. *ΑΛ.* Καὶ ἴσως γε, ὦ Σώκρατες, οὐκ οἶσθ', ὅτι σμικρόν με ἔφθης. ἐγὼ γάρ τοι ἐν

Bekkero pro vulg. *μεγαλοφρονεῖν* amplexus sum.

ὅτι θαυμάζεις] V. *θαυμάζοις* praeter codicum auctoritatem.

p. 320., diligenter ille distinguendus a Clinia, Axiochi filio. Matrem habuit Alcibiadis Deinomachen, Megaclis filiam, de cuius genere egit Palmerius Exercitatt. p. 632 sq. Materni generis nobilitate superbientem adolescentulum Socrates quum alibi ludit, tum infra p. 105. D. *ἐγὼ δὲ σοί γε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης.*

B. *ὑπάρχειν Περικλέα τὸν Ξάνθ.*] Fuit qui *ἐπαρκεῖν* restituendum iudicaret. Me si consulis, nisi *ὑπάρχειν* tolerem, litera vocabuli initiali detracta emendabis *παρέχειν*, quo facto omnis erit sublata offensio. — *καὶ τῶν βαρβάρων*, veluti Macedonum, Thracum, aliorum populorum, qui inter barbaros referri solebant.

C. *ὅτι τῶν πλουσίων*] Intell. *οἶει εἶναι.* conf. Xenoph. Mem. I, 2, 24 et 25, ubi causae fastus istius, quo Alcibiades fuit inflatus, breviter recensentur. — *ἐπὶ τούτῳ*, int. *τῷ τῶν πλουσίων εἶναι.* Divitiis quod Alcibiades minus superbisse narratur, prorsus hoc consentaneum est hominis ingenio, qui pro immoderata ambitione sua nihil studiosius quam gloriam et honores appetebat.

κατὰ πάντα δὴ ταῦτα] „Nullum animi bonum Socrates commemorat, quum tamen supra dixerit *τελευτῶντα εἰς ψυχήν.* Sed et mox Alcibiadi dicet, quare animi bona omiserit: *ἀμαθίᾳ γὰρ ξυνοικεῖς, ὦ βέλτιστε, τῇ αἰσχίστῃ.*" Nürnberger. Animi sui dotes infra ipse praedicabit adolescentulus.

σύ τε μεγαλαυχούμενος —] V. Plut. Vit. Alcib. p. 9. ed. R. Duo codices Procli p. 115. ed. Creuz. scriptum habent *σύ γε* et *ἐκεῖνοι δέ*, unde quis extundat *σὺ μὲν, ἐκεῖνοι δέ.* Sed iidem libri p. 105., ubi hic locus iterum recitatur, vulgatam scripturam cum ceteris libris tuentur, ut sane ipsi auctoritati officiant. Nec vero opus est mutatione. Mox quod coniunctum legitur interrogativum et relativum in verbis *τί διανοούμενος — καὶ ἥντιν' ἔχων ἐλπίδα*, vide de hoc usu ad p. 114. A.

Cap. II. *Καὶ ἴσως γε — ἔφθης*] Superba haec adolescentis irrisio est, mox mansuetioris futuri.

D νῷ εἶχον πρότερός σοι προσελθὼν αὐτὰ ταῦτ' ἐρέσθαι, τί ποτε βούλει καὶ εἰς τίνα ἐλπίδα βλέπων ἐνοχλεῖς με, ἀεὶ ὅπου ἂν ὦ ἐπιμελέστατα παρών. τῷ ὄντι γὰρ θαυμάζω, ὅ τι ποτ' ἐστὶ τὸ σὸν πρᾶγμα, καὶ ἥδιστ' ἂν πυθοίμην.

ΣΩ. Ἀκούσει μὲν ἄρα μου, ὡς τὸ εἰκός, προθύμως, εἴπερ, ὡς φῄς, ἐπιθυμεῖς εἰδέναι, τί διανοοῦμαι, καὶ ὡς ἀκουσομένῳ καὶ περιμενοῦντι λέγω.

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν· ἀλλὰ λέγε.

E ΣΩ. Ὅρα δή· οὐ γάρ τοι εἴη ἂν θαυμαστόν, εἰ, ὥσπερ μόγις ἠρξάμην, οὕτω καὶ μόγις παυσαίμην.

ΑΛ. Ὦ γαθὲ λέγε· ἀκούσομαι γάρ.

ΣΩ. Λεκτέον ἂν εἴη. χαλεπὸν μὲν οὖν πρὸς

D. *αὐτὰ ταῦτ' ἐρέσθαι*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Legebatur olim *αὐτὰ ταῦτά.*

ἐπιθυμεῖς εἰδέναι] V. *εἰδέναι καὶ ἀκοῦσαι.* Sed *καὶ* codd. plerique omnes ignorant: *ἀκοῦσαι* autem deest in Par. U. et Monac. Nec habuit hoc additamentum Proclus p. 127. ed. Creuz.

καὶ ὡς ἀκουσομένῳ] Hoc *καὶ* vulgo omissum tutum praestant Bas. 2. Proclus et codd. fere omnes.

E. *οὕτω καὶ μόγις π.*] V. *οὕτω μόγις καὶ π.*, quod e Bodl. Vat. Ven. *II.* correxi.

D. *Θαυμάζω, ὅ τί ποτ' ἐστί*] h. e. *θαυμάζων ἐννοῶ.* Notum est illud Xenophontis: *Πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν οἳ γραψάμενοι Σωκράτην κ. τ. λ.*

καὶ ὡς ἀκουσομένῳ καὶ π. λέγω] Priori illo *καὶ* ex codicibus, ed. Bas. 2. et Proclo p. 127. restituto mihi quidem nihil molestiae in his verbis restare videtur. Aliter tamen visum est Schleiermachero, qui haec mirifice languere arbitratur et a scriptore adiecta esse, ut flosculum aliquem Platonicum insereret.

E. *Λεκτέον ἂν εἴη*] Simile asyndeton ad Remp. V. p. 463. A. notavimus. Prorsus eodem modo Theaet. p. 181. B. *Σκεπτέον ἂν εἴη, σοῦ γε οὕτω προθυμουμένου. δοκεῖ οὖν μοι ἀρχὴ εἶναι τῆς σκέψεως κ. τ. λ.* Ibid. p. 183. A. *Καλὸν ἂν ἡμῖν συμβαίνοι τὸ ἐπανόρθωμα*, ubi frustra *οὖν* infercies. Euthydem. p. 273. D. *Καλὸν ἄν που τὸ ἔργον ὑμῶν εἴη.* Quae si meminisset Schleiermach. non scripturus erat, opinor, quae legimus p. 514. „Und wie schlecht steht auch das *λεκτέον ἂν εἴη* da!" Neque illud nos offendit, quod Socrates Alcibiadis ambitionem vivide descripturus longiore utitur oratione, nec statim disserendi facit initium.

προσφέρεσθαι ἐραστῇ] Huius verbi usum illustravimus ad Lysid. p. 205. B. Quod monemus propter Nürnbergerum, qui metaphoram putat a proelii commissione sumtam esse. Mox *ἀγαπῶντα* est con-

ἄνδρα οὐχ ἥττονα ἐραστῶν προςφέρεσθμι ἐραστῇ, ὅμως δὲ τολμητέον φράσαι τὴν ἐμὴν διάνοιαν. ἐγὼ γάρ, ὦ Ἀλκιβιάδη, εἰ μέν σε ἑώρων ἃ νῦν δὴ διῆλθον ἀγαπῶντά τε καὶ οἰόμενον δεῖν ἐν τούτοις καταβιῶναι, πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην τοῦ ἔρωτος, ὥς γε δὴ ἐμαυτὸν πείθω· νῦν δὲ ἕτερα αὖ κατηγορήσω 105
διανοήματα σὰ πρὸς αὐτὸν σέ, ᾧ καὶ γνώσει, ὅτι προςέχων γέ σοι τὸν νοῦν διατετέλεκα. δοκεῖς γάρ μοι, εἴ τίς σοι εἴποι θεῶν, Ὦ Ἀλκιβιάδη, πότερον βούλει ζῆν ἔχων ἃ νῦν ἔχεις, ἢ αὐτίκα τεθνάναι, εἰ μή σοι ἐξέσται μείζω κτήσασθαι; δοκεῖς ἄν μοι ἑλέσθαι τεθνάναι. ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τίνι δή ποτε ἐλπίδι ζῇς, ἐγὼ φράσω, ἡγεῖ, ἐὰν θᾶττον εἰς τὸν Ἀθηναῖον

νῦν δὴ διῆλθον] V. διήλθομεν. Illud tuentur Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. U. alii.

ἀγαπῶντά τε] τε e Bodl. Vat. Ven. *Π*. Olymp. additum.

P. 105. πρὸς αὐτὸν σέ] σέ propter oppositionis gravitatem Bekkerus recte accentu ornavit, quemadmodum Phaedon. p. 91. A. αὐτῷ ἐμοί, et Sympos. p. 220. E. αὐτὸν ἐμέ scriptum legitur. v. ad Euthydem. p. 273. C.

δοκεῖς ἄν μοι ἑλέσθαι] Soloece vulgo δοκῇς, quod e Bodl. Coisl. Ven. *ΞΠΣ*. Par. BCHU. Mon. Vind. I. 2. 9. Flor. a. b. c. d. emendatum. conf. ann. crit. ad Alcib. II. p. 138. C.

tentum, quemadmodum ἀγαπᾶν τι saepenumero Platoni frequentari ad Remp. I. p. 330. B. V. p. 450. B. demonstravimus.

P. 105. νῦν δὲ ἕτερα αὖ —] nunc autem alia etiam arguam consilia tua apud ipsum te, unde intelliges me continuo ac sedulo animum ad te advertisse.

εἴ τίς σοι εἴποι θεῶν, Ὦ Ἀλκιβ.] Similiter Xenophon Mem. I, 2, 16. de Critia et Alcibiade: ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι, θεοῦ διδόντος αὐτοῖν ἢ ζῆν ὅλον τὸν βίον ὥςπερ ζῶντα Σωκράτην ἑώρων, ἢ τεθνάναι, ἑλέσθαι ἂν αὐτὼ μᾶλλον τεθνάναι. et de Antiphonte I, 6, 4. δοκεῖς μοι, ἔφη, ὦ Ἀντιφῶν, ὑπειληφέναι με οὕτως ἀνιαρῶς ζῆν, ὥςτε πέπεισμαι σὲ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἂν ἑλέσθαι ἢ ζῆν ὥςπερ ἐγώ. Eadem fere de Alcibiade legimus in dialogo cognomine secundo p. 141. B. C. Ceterum haec quoque reprehendit Schleiermach., qui temerarium esse censet, quod adolescentulo, qui nondum rempublicam tractaverit, tam vasta consilia tribuantur. Sed Alcibiade paene inde a pueritia immoderata ambitione correpto haec certe indigna non sunt. Ineptissime autem in his tractandis versatus est qui secundum Alcibiadem composuit.

ἐὰν θᾶττον εἰς τὸν Ἀθ. δ. παρέλθῃς] Aelian. V. H. II, 1. Καὶ ταῦτα Σωκράτους πρὸς Ἀλκιβιάδην. ὁ μὲν ἠγωνία καὶ ἐδεδίει πάνυ σφόδρα εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν τὸ μειράκιον κ. τ. λ. Verba ἐὰν θ. παρέλθῃς, parenthesi absoluta, iterantur

B δῆμον παρέλθῃς — τοῦτο δὲ ἔσεσθαι μάλα ὀλίγων ἡμερῶν — παρελθὼν οὖν ἐνδείξασθαι Ἀθηναίοις, ὅτι ἄξιος εἶ τιμᾶσθαι ὡς οὔτε Περικλῆς οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν πώποτε γενομένων, καὶ τοῦτο ἐνδειξάμενος μέγιστον δυνήσεσθαι ἐν τῇ πόλει, ἐὰν δ' ἐνθάδε μέγιστος ᾖς, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι, καὶ οὐ μόνον ἐν Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις, ὅσοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμῖν οἰκοῦσιν ἠπείρῳ. καὶ εἰ αὖ σοι εἶποι ὁ αὐτὸς οὗτος θεὸς, ὅτι αὐτοῦ σε δεῖ δυναστεύειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, διαβῆναι δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐξέ-
C σται σοι, οὐδ' ἐπιθέσθαι τοῖς ἐκεῖ πράγμασιν, οὐκ ἄν αὖ μοι δοκεῖς ἐθέλειν οὐδ' ἐπὶ τούτοις μόνοις ζῆν, εἰ μὴ ἐμπλήσεις τοῦ σοῦ ὀνόματος καὶ τῆς σῆς

Communis est et consentiens recentiorum criticorum, Schleiermacheri, Astii, Socheri, Buttmanni, sententia hunc librum vulgo perperam ad Platonem auctorem referri. Atque iam a veteribus ea de re disceptatum esse certissime ex eo constat, quod teste Athenaeo X. p. 506. C. fuerunt qui eum Xenophonti potius quam Platoni tribuendum iudicarent. In quam sententiam haud scio an illi eo deducti sint, quod Socratem meminissent apud Xenophontem Memor. I, 3, 1. de precibus caute et prudenter ad deos faciendis similiter praecipere atque in hoc sermone disputatur. Veruntamen et argumenti tractatio et ipsum loquendi genus certissime arguunt scriptorem dialogi non illa aetate, sed aliquanto post vixisse, ut hoc quoque exemplo perspiciatur, quam parum veterum criticorum de talibus rebus iudicio tribuendum sit. Quod quidem ut intelligatur evidentius, age, causas et rationes, cur nos quoque hunc librum Platoni per fraudem vel errorem adscriptum esse statuamus, paucis declaravisse iuvabit. Neque enim quemquam indicta causa volumus condemnari, praesertim quum in simili re defensoris potius quam accusatoris partes agere consueverimus.

Ordiamur igitur disputationem nostram ab ipso libri argumento eiusque tractatione, siquidem multum refert,

ut ante omnia sciamus, quid sit quod in eo explicetur et quo id modo fiat.

Et materia quidem operis talis est, quam si praeclarus aliquis Socratis discipulus sibi tractandam sumserit, profecto nemo miretur. Pertinet enim universa disputatio haud dubie eo, ut Alcibiadis exemplo ostendatur, priusquam deos adoremus et ab iis aliquid petamus, sapientiam et virtutem comparari oportere, si quidem ita demum tum, quid nobis utile sit, melius intellecturi, tum diis ipsis cariores futuri simus; orandum autem ita esse, ut nonnisi in universum honesta atque bona expetamus, cetera deorum permittamus arbitrio.

Sed quanquam principalis haec libri sententia prorsus Socratica est, tamen nec quae ad eam illustrandam afferuntur, nec ipsa disserendi ratio cum Platonis more et consuetudine congruunt, ita ut vel ea, quae prima specie alicui placeant, re diligentius pensitata, vulgari de libri auctore sententiae vehementer officiant. Nam afferri complures sententias Platonis doctrinae alibi explicatae utique contrarias Schleiermacherus Prolegom. ad Alcibiad. II. p. 366 sq. et Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 442 sq. verissime iudicarunt. Disserendi autem ratio a Platonis arte et sollertia mirum quantum discrepat. Habet enim hic dialogus diffusam et multis ambagibus circumductam disputationem, quae subinde incertis vagatur regionibus et a proposito fine longe aberrat. Quorsum pertinet maxime illud, quod Alcibiadis sententia iterum iterumque refellitur, non alio sane fine et proposito, quam ut tandem ei extorqueatnr confessio nescire se atque ignorare, quid a diis precandum sit. Unde fit, ut plurimos locos salvo totius disputationis argumento et consilio tollere liceat. Habet praeterea sermo multas sententias non satis distincte explicatas vel subobscure expressas, quales in nullo alio Platonis opere reperias. Habet longiores declamationes Socrati, alias minutatim disserendi morem et consuetudinem constanter sequenti, praeter necessitatem obtrusas, in quibus cum inani quodam ostentationis studio fuse prolixeque ea exponuntur, quae aut nulla explicatione indigebant aut ratione vere Platonica multo aliter tractanda erant: cuius generis exempla reperias p. 141. B. sqq. p. 147. B. sqq. p. 148. C. usqne ad p. 150. A. Habet denique alia id genus multa, quae quoniam vel

a Schleiermachero vel a nobis ipsis in commentario Graeco sermoni subiuncto exagitata sunt, hoc loco commemorare supervacaneum est. Praeterea Platonici colloquii artem et elegantiam adeo desideramus, nihil ut paene reperiri arbitremur, quod aliquod eius vestigium referat. Frustra quaeras urbanitatem illam et facetiarum leporem, quo tanquam sale philosophi conspergitur oratio; frustra irrisionis aculeos, quos alibi Socrates Platonicus colloquentium vel audientium animis admovet; frustra denique elegantem morum notationem, quae cum ipso disputationis argumento solet esse coniunctissima eique magna cum arte accommodata. Immo multa stolide et insulse finguntur; quorsum referimus praeter alia illud, quod Socrates ponit atque sumit fieri posse, ut Alcibiades tutorem suum velit tollere de medio, et quod adolescens exeunte sermone non sentit ipsum Socratem esse, qui ei mentis caliginem velit dispellere, quum tamen eiusdem capiti propter consilii scilicet suppeditati utilitatem et praestantiam coronam, quam sacrificaturus gestabat, imponendam arbitretur.

Sed haec omnia etsi ad fidem et auctoritatem operis elevandam plurimum valent, tamen quia magnam partem magis sensu quodam recti et venusti continentur, quam ad certi iudicii perspicuitatem explicari possunt, ipsis legentibus rimanda relinquimus. Commemoramus potius alia, quae dubitationem de auctore operis haud paullo certius confirment. Pertinent huc ante omnia pravae vestigia imitationis, qua artifex noster eo deductus est, ut subinde in maximam inertiae perversitatem delapsus sit. Ex quo genere sunt illa, quae leguntur p. 140. A. p. 141. A. B. C. ibid. E. p. 151. A. al., de quibus locis in commentariis explanatius diximus. Haec enim omnia adeo sunt inficeta et absurda, ut qui ea, semel de fraude commonefactus, ad Platonem auctorem referenda statuat, prorsus ignorare videatur, quid rectum ac venustum sit, quid elegantiae sensui contrarium. Sed luculentiora etiam argumenta sunt ex oratione et loquendi genere ducta, quae adeo certum faciunt fraudis indicium, ut vel incredulos ac superstitiosos iis moveri necesse sit. Nam oratio passim scabra est et hiulca, vix ut unam alteramve periodum legere queas, quin te sentias offendi gravissime. Nunc singularis aliqua verborum et sententiarum dissolutio, nunc repen-

finae transitiones, nunc insolentes vocabulorum consecutiones, nunc affectatae elegantiae veneres, nunc alia admirabilia legentis animum percellunt. Quibus omnibus orationi vestis variegatae et ex discoloribus pannis consutae species conciliatur, ut omnis deesse videatur eius aequabilitas. Haeccine vero ecquis sibi persuadebit ita non dicam a Platone, sed ab ullo alio scriptore elegantiore scribi potuisse? Nimirum talem scriptionem apertum est eum potius decere, qui in magna proprii ingenii et sollertiae penuria aliorum thesauros expilare atque centones undecunque arreptos consarcinare consueverit, scilicet facundiae suae illustria aliqua specimina editurus. Pleraque id genus vitia passim in commentariis notavimus, quoniam ita demum facile sentiuntur et animadvertuntur, si quis Graeci sermonis sequitur perpetuitatem. Sed ne hoc loco videamur de re gravissima, et quae ad litem diiudicandam plurimum valeat, nonnisi universe dixisse, age, praeter ea, quae de hoc genere notata sunt ab Astio De Vit. et Scriptis Plat. p. 445 sq., nonnulla vitiosae dictionis exempla consignabimus, quae quoniam vel a Platonis loquendi consuetudine vel ab optimae aetatis usu recedunt, certissime arguent totam hanc scriptionem Graeculo alicui posterioris aetatis acceptam referri. Itaque p. 138. B. quod dii dicuntur *ἐν ταύτῃ τῇ ἕξει εἶναι*, ita animati et affecti esse, putasne ullum alium pristinae Graecitatis auctorem ita loquutum esse? Imo mihi crede, posteriorum demum scriptorum usu haec loquendi forma celebrata est. Pag. 140. B. vocabulis *ἀπεργασία* et *ἀπεργάζεσθαι* ea vis et potestas subiecta est, quam nondum vidimus qui vel ipsius Platonis vel aliorum bonorum scriptorum auctoritate confirmaverit, nec unquam nos visuros existimamus. Ibid. *μεγαλόψυχοι* per *ὑποχωρισμὸν* satis inficetum inter vesanos et imprudentes referuntur, qui usus vocabuli et singularis est et per se sanequam mirabilis. Ibid. D. formula: *ἦν καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου*, quam excipit deinceps accusativi cum infinitivo constructio, quis dubitet quin recentem aliquem Graeculum arguat? Balbutientis porro est, quod p. 141. B. *ὡς πάντας* dicitur sicuti *ὡς πλείστους*; quod ibid. D. *ἤδη* contra morem et consuetudinem accurate loquentium alieno loco collocatur, et quod paucis versibus interiectis *ἔνια* ridicule infercitur. Visne etiam specimen aliquod affectatae elegantiae? En habes p. 142.

A. loquutionem elegantissimam, *πολιορκεῖσθαι ὑπὸ συκοφαντῶν*, a calumniatoribus vexari: qua num quis rhetor unquam potuit excogitare venustiorem? Sed ibi quum imaginis audacia eo mitigetur, quod urbium obsidio antea commemorata est, tum prorsus singularis usus est verbi *ἐκδῦναι*, quod p. 147. E., ubi vide annotata, simpliciter dicitur de mutata animi sententia, ita quidem, ut in tota oratione nihil reperiatur, quod tam audacem et insolitam metaphoram leniat et emolliat. Non minus habet offensionis, quod p. 148. A. legimus *μαργόν*, in quo interpretes dudum ita haeserunt, ut id corrigendum esse statuerint. Sed mea quidem sententia scriptori iniuria eripitur quod ipse studiose quaesivit, siquidem inficetum captans verborum lusum perverse loquutus est. Enimvero quam parum hic tenebrio perspicuitatis sit amans, clarissime apparet ex p. 143. E., ubi *εἰπεῖν* aut interrogare significat, quod loquendi consuetudini adversatur, aut stolidissima diversarum sententiarum permutatione ponitur. Eiusdem paene farinae sunt *ἀπορῶ μή*, quod legimus p. 142. D., et *ὁρᾷς οὖν* p. 146. D., ex quibus alterum perverse dicitur, alterum si non inepte, certe non ea, qua Plato solet, elegantia adhibetur. Quid? satisne te delectant haec Platonicae scilicet venustatis specimina? At cedo plura, inquis, rei exempla! Recte. Profliganda enim quaestio est et eo usque perducenda, ut vel superstitiosos tangat erroris sui poenitentia. Quomodo igitur placet tibi formula *ἂν δυνηθῶ* p. 145. A. sic posita, ut nec per se commode adhibeatur nec Platonis consuetudinem referat? Quid censes de usu pronominis *ταύτην* ibidem C. pro *ἑκάστην ταύτων* accipiendi, nec ullo modo emendandi? Quid? num pro Platonico probas, quod eodem loco non ita multo post legitur, *καὶ τἆλλα ἀνὰ λόγον τούτοις*, pro quo philosophum frequentare novimus *καὶ τἆλλα ὡσαύτως*? Non minus dubitationis habet, quod p. 150. B. dicitur *ὅ τι ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα*, quid de his sentias; quod ita usurpari a probae Graecitatis auctoribus nemo quisquam demonstrare poterit. Idem dictum esto de verbis p. 151. B. *ἡδέως ἂν ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*, pro quibus ecquis est sermonis Platonici paullo peritior quin exspectet potius haec: *ἡδέως ἂν δεξαίμην*? Sed plura id genus notare quid iuvat, quum singulis fere paginis in commentariis tales elegantiae veneres demonstraverimus? Unum tamen cumuli instar addo re-

centioris Graecitatis documentum. Legimus enim p. 149. B. infinitivum aoristi ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι positum, quem usum tanquam singularem iam Sturzius, Lobeckius et Astius notaverunt. Quid igitur? Corrigesne audacter ἀποκρίνασθαι, quum scribas noverimus etiam alibi formam citerioris Graecitatis per errorem in locum veteris atque probae substituisse? Atqui haec nimia profecto audacia foret, quum libri manu descripti omnes iuxta cum vett. editionibus ἀποκριθῆναι constanter tueantur. Nam ut etiam alibi ἀποκριθῆναι ab librariis per errorem pro ἀποκρίνασθαι scriptum sit, quod aliquoties in Xenophonte accidisse novimus*), tamen ibi non communis omnium hic error est, quandoquidem in optimis codicibus vera et genuina scriptura servata reperitur. Itaque non est dubium, quin istud ἀποκριθῆναι ab ipsius scriptoris manu profectum sit atque pro certissimo fraudis argumento haberi debeat, unde de tempore, quo tota scriptio sit composita, coniectura capiatur.

Quum igitur rem his ipsius scriptoris indiciis confectam habeamus, superest ut quaerendum sit, quo tempore hic ingenii fetus lucem adspexerit. Verissime autem putamus A. Boeckhium ex eo, quod p. 139. B. C. ad celebratissimum illud paradoxon: ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται, respicitur, collegisse editum eum esse quo tempore Stoicorum familia iam floruerit. Quanquam accuratius etiam definiendum est, qua id aetate factum videatur. Reputantibus autem nobis et considerantibus ea, quae de loquendi genere disputata sunt, verisimile visum est librum aliquanto post Alexandri Magni aetatem compositum esse. Alioquin enim oratio vix tantis sordibus esset conspurcata. Occasionem autem et opportunitatem eius conficiendi vix dubitamus quin Stoici potissimum dederint, siquidem iam illis temporibus ab iis locus de precibus, a posterioribus huius scholae amicis miro studio frequentatus, subtilius explicatus est: de qua re mea quidem sententia recte dubitari non potest. Itaque verisimile putamus scriptorem nostrum argumentum tum temporis valde celebratum arripuisse atque suo quodam modo tractavisse. Quae suspicio etiam eo confirmatur, quod apud Arrianum et Epictetum, ubi agitur de precibus, similia quaedam le-

*) V. Schneider. ad Anabas. p. 93.

guntur, atque in hoc libro memorata reperimus; cuius rei exemplum ad p. 138. C. notavimus. Enimvero posterioris aetatis Stoici usi sunt iis, quae a superioribus exposita accepissent. Quo minus autem statuamus librum post Christi demum aetatem confectum esse, illud impedit, quod non modo ab Aeliano Varr. Hist. VIII, 7. Athenaeo X. p. 506. C. et Diog. Laërt. III, 59. memoratur, sed etiam a Thrasyllo teste Laërtio II, 58. in tetralogias relatus est, quod fieri nullo modo potuisset, nisi illa aetate et exstitisset et pro opere Platonico vulgo habitus esset. Vixit autem Thrasyllus imperantibus Augusto et Tiberio, sicuti Menagius ad Laërtium certissimis argumentis docuit. Fieri igitur potest, ut liber secundo vel tertio saeculo ante Christum natum confectus sit adeoque iam ab Alexandrinis grammaticis in operum Platonicorum catalogum receptus. Nam iam illa aetate magnam hoc in genere fraudem dominatam esse aliis exemplis satis certo constat. Nec vero obscurum est, qui fieri potuerit, ut liber tanto honore dignus iudicaretur. Versatus enim scriptor in argumento illustrando est ita, ut usus Socratis quodam sententia apud Xenophontem Mem. I, 3, 1. memoriae prodita Socraticorum maximeque Platonis rationem aemulatus sit adeoque germanum Platonis Alcibiadem imitari et quodammodo consummare voluerit. Nam quemadmodum in primo Alcibiade superbus adolescens eo perducitur, ut quantumvis reipublicae capessendae cupiditate incensus, tamen se rerum civilium adhuc ignarum esse confiteatur, ita idem ille in hoc sermone, quum sit sacrificaturus, postremo is videtur esse, qui quid ad rectum deorum cultum et venerationem requiratur, prorsus ignoret. Hinc igitur facile potuit accidere, ut opus, quamvis a Platonis arte et ratione multum recederet, tamen iam mature pro Platonico circumferretur. Dicendi genus autem quantopere huic opinioni officeret, ii minime senserunt, qui posteriorum temporum sermoni adsuefacti suae aetatis squalores a Platonis et Xenophontis elegantia secernere non potuerunt.

Sed satis haec de libelli dotibus et originibus. Restat, ut de errore quodam dicendum sit, etiam a recentissimis eius interpretibus propagato. Pervulgata enim virorum doctorum opinio est Persium in Satyra secunda, Iuvenalem in Satyra decima ac praeterea Lucianum Icaromenipp. c. 25. Navig. s. Votis §. 13. sqq. p. 491.

T. II. ed. Graev. ex hoc libro aliquantum profecisse. Quod profecto permirum esset, siquidem non eae sunt huius opusculi virtutes, quibus ingeniosissimi homines adeo delectari potuerint. At enim vero frustra profecto ac temere haec narratur fabula. Nam apud Lucianum quidem imitationis nec vola nec vestigium exstat. Quid quod tota res unius Buttmanni errore nititur; qui quum a Gottlebero accepisset Lucianum quoque ridere ineptas hominum preces, protenus in eam inductus sententiam est, ut scriptorem festivissimum opinaretur homuncioni nostro nonnihil acceptum referre, quod ne Gottleberus quidem sibi persuaserat. Similis causa Persii est et Iuvenalis. Persius enim etsi item stolidas hominum preces atque vota perstringit, ideoque similes quasdam habet sententias, tamen ad hunc librum ne verbo quidem respexit. Nisi forte etiam Horatium contendere velis, quia idem attigit argumentum, hunc dialogum ob oculos habuisse. Restat igitur unus Iuvenalis, de quo ut paucis absolvamus, sobrium facit Alexandri Ruperti iudicium, qui T. I. p. 190. imitationis vestigia ulla apud eum expressa cerni summo iure negavit. Nam quod Iuvenalis carmen suum ita concludit, ut deorum curae censeat permitti oportere, quid nobis expediat, ea sententia etiam tum temporis haud dubie multorum fuit, ut poetae non opus fuerit eam e fonte adeo turbido in hortulos suos derivare. Manet igitur quod antea iudicavimus, nec Lucianum nec Persium nec Iuvenalem hoc libro usos esse, quanquam eos idem argumentum similiter tractavisse negari non potest.

DE EDITIONIBUS

huius libri ab Ettwallo, Nürnbergero, Biestero et Buttmanno factis in Prolegomenis ad Alcibiadem primum exposuimus. Separatim eum in usum tironum edidit Io. Henr. Iust. Köppen sub hoc titulo: Platons Alcibiades der zweite, herausgegeben von J. H. I. Köppen. Braunschweig, 1786. 8. min. Continet hic liber praeter brevem argumenti enarrationem paucas annotationes, quae vel ad interpretationem vel ad emendationem quorundam locorum pertinent.

CODICES.

Bodl. s. Clark. Coisl. *Γ*. Vat. *Δ*. Ven. *ΞΠΣ*. Vindob. a Bekkero Y., a nobis 2. signatus. Vind. 9. Par. B C E F G. Angel. u. v. Florent. a. b. c. d. i. n. o. Veneto *Π*. usus est etiam Nürnbergerus. Optimi sunt Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π*. Par. G. Flor. d.

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ

ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. Ὦ Ἀλκιβιάδη, ἆρά γε πρὸς τὸν θεὸν 138
προσευξόμενος πορεύει;

Cap. I. P. 138. προσευξόμενος πορεύει] Bodl. Vat. Ven. II. πορευόμενος προσεύξει. Ven. Σ. Vind. 2. Par. C. προσευχόμενος πορεύῃ.

Cap. I. P. 138. προσευξόμενος πορεύει;] Veteres philosophi quid de precibus et votis docuerint, magnam partem cognosces ex Origine περὶ εὐχῆς §. 11 sqq. in Celsum II. p. 68. Clemente Alexandr. VII. p. 854. Proclo in Tim. libr. II. p. 64. Hierocle in Aur. Carm. XLIX. Idem argumentum, quod in hoc libro tractatur, attigerunt Iuvenalis Satyr. X. et Persius Satyr. II. Lucian. in Iove Confut. Icaromenipp. §. 25. Navig. s. Vot. §. 13 sqq. Summam eorum, quae Socrates a diis precari consueverit, commemorant Xenoph. Mem. I. 3, 1 sqq. et Valer. Max. VII, 2. exterm. 1., cuius verba digna sunt ut integra apponantur. „Socrates humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent, quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis expeteremus, quod non impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late patentes errores coecas precationes tuas spargis! Divitias appetis, quae multis exitio fuerunt; honores concupiscis, qui complures pessum dederunt; regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepe miserabiles cernuntur; splendidis coniugiis iniicis manus, at haec ut aliquando illustrant, ita nonnunquam domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare, teque totam coelestium arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt. De Platonis sententia legas Euthyphronem et Legg. libr. V. et X. — τὸν θεὸν Koeppe-

ΑΛ. *Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες.*

ΣΩ. *Φαίνει γέ τοι ἐσκυθρωπακέναι τε καὶ εἰς γῆν βλέπειν, ὥς τι ξυννοούμενος.*

ΑΛ. *Καὶ τί ἄν τις ξυννοοῖτο, ὦ Σώκρατες;*

ΣΩ. *Τὴν μεγίστην, ὦ Ἀλκιβιάδη, ξύννοιαν, ὡς*
B *γ' ἐμοὶ δοκεῖ. ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, οὐκ οἴει τοὺς θεούς, ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἐνίοτε τούτων τὰ μὲν διδόναι, τὰ δ' οὔ, καὶ ἔστιν οἷς μὲν αὐτῶν, ἔστι δὲ οἷς οὔ;*

ΑΛ. *Πάνυ μὲν οὖν.*

Φαίνει γέ τοι] V. *γέ τι.* Sed recte *γέ τοι* Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠΣ.* Vind. 2. 9. Paris. BCG. Angel. v. Flor. a. c. o. *ὥς τι ξυννοούμ.*] Steph. cum Vat. *ὥς τις* male. *ὥς γ' ἐμοὶ δ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Vulgo *γέ μοι.* B. *ὅπως μὴ λήσει τις αὐτόν*] V. *λήσῃ τις αὐτόν.* Bas. 2. cum Ven. *Ξ.* Flor. b. c. d. i. n. o. *ὅπως μὴ λήσεταί τις αὐτόν*, quam lectionem etiam reliqui codd. habent, sed omisso *τις.* v. annot.

nius Iovem, Gottleberus Animadvers. in Plat. Phaedon. p. 139. Apollinem significare arbitrantur. Mê si audis, noli rem certius definire.

Φαίνει γέ τοι ἐσκυθρωπ.] Videris quidem certe, inquit, vultu tristi ac severo esse tanquam aliquid tecum cogitans, ut non temere videar id suspicari. Usum particularum *γέ τοι* cum restrictione asseverantium declaravimus ad Remp. V. p. 476. E. Criton. p. 44. A. Vides autem Alcibiadem fingi Stoicum aliquem tristitiam et morositatem sapientis vultu referentem. Itaque praefer omnem exspectationem deinde respondet: Quid tandem aliquis deum adoraturus cogitet et meditetur? Nimirum istud inexspectatae levitatis signum arguit ipsius scriptoris inertiam.

B. *καὶ ἔστιν οἷς μὲν αὐτῶν*] Durum est *αὐτῶν*, quum praecedat *ἃ τυγχάνομεν εὐχόμενοι.* Platonem putamus aut totam periodum aliter conformaturum aut pronomen omissurum fuisse. Ipsam sententiam Stoicorum fuisse docet Senec. Epist. 60. 101. Iuvenal. X, 5 sqq. Quid tam dextro pede concipis, ut te conatus non poeniteat votique peracti? Evertere domos totas optantibus ipsis Di faciles. Nocitura toga, nocitura petuntur militia. Ibid. V. 111. Magnaque numinibus vota exaudita malignis.

ὅπως μὴ λήσει τις —] Quod vulgo legebatur *λήσεται* non minus soloecum est quam quod exstat in Ven. *Ξ λήσῃ τις.* Nam *λήσεται* futurum est verbi *λανθάνομαι*, obliviscor; *λανθάνω* autem, lateo, futurum *λήσω*, aoristum *ἔλαθον* habere constat. Itaque recte Buttmannus et Bekkerus soloecismo sublato dederunt *ὅπως μὴ*

ΣΩ. Οὐκοῦν δοκεῖ σοι πολλῆς προμηθείας γε προσδεῖσθαι, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μεγάλα κακά, δοκῶν δ' ἀγαθά, οἱ δὲ θεοὶ τύχωσιν ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει, ἐν ᾗ διδόασιν αὐτοὶ ἅ τις εὐχόμενος τυγχάνει; ὥσπερ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὔξασθαι χαλκῷ διελέσθαι τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς· ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπήν τινα εὔξασθαι, ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηρᾶτο. τοιγαροῦν ταῦτά τε ἐξετελέσθη καὶ ἐκ τούτων ἄλλα πολλὰ καὶ δεινά, ἃ τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν; C

C. *τὰ πατρῷα τοὺς υἱεῖς*] Hunc ordinem verborum debemus Bodl. Vat. Ven. *II.* Ante Bekkerum erat *τοὺς υἱεῖς τὰ πατρῷα.*

ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων κακῶν] Steph. coni. *καὶ ἐξὸν* vel *ἐξὸν οὖν αὐτῷ*: quo in genere erravit saepissime. Post *παρόντων* Bodl. Venet. *II.* Vat. rursus inferciunt *αὐτῷ*, quod dubitavi cum Bekkero suscipere.

ταῦτά τε ἐξετ.] *τε* om. Bodl. Vat. Ven. *II.*

λήσει, ut Gorg. p. 487. D. *ὅπως μὴ λήσετε διαφθαρέντες.* Post *εὐχόμενος* Schneiderus *μὲν* inseri iubebat, quo tamen facile careas. Infra p. 150. B. *ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν εὐχόμενος κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά.* Verte: quum tamen bona precari sibi videatur.

ἐν ταύτῃ ὄντες τῇ ἕξει] h. e. ita affecti et animati. Dictio citerioris Graecitatis propria est et a Platonis usu aliena. Mox *αὐτίκα* est exempli gratia; usurpatur enim in afferendis exemplis et argumentis, quae statim in promtu sunt, ut Infra p. 139. C. p. 143. E. p. 144. E. Protagor. p. 318. B. p. 359. E. Gorg. p. 472. D. al. v. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 416. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 56.

C. *χαλκῷ διελέσθαι* —] De his temerariis Oedipi precibus v. Eurip. Phoeniss. 66. coll. 625 sqq. et 477. Rem in eiusdem argumenti tractatione Stoici saepius commemorant, veluti Epictet. Enchirid. XXXI, 4. Arrianus II, 22. IV, 5. al.

ἐξὸν αὐτῷ τῶν παρόντων] Stephan. *καὶ ἐξὸν* vel *ἐξὸν οὖν* corrigendum putans non meminerat frequentissimae apud Platonem loquendi formae, qua sententiae superiorum verborum explicationi inservientes per quandam enuntiati appositionem sine coniunctionibus addi solent. Dein *τοιγαροῦν* ita nusquam apud Platonem dictum invenias. Praeterea Schleiermach. notavit usum formulae, *ἃ τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν*, minus Platonicum. Solet enim philosophus eam dictionem usurpare, sicubi argumenta et conclusiones ex superioribus facile intelligendas silentio transmittit. Nunc intelligitur bellum septem ducum adversus Thebanos et mutua fratrum caedes. Similis formulae usus notandus infra p. 140. B.

ΑΛ. Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ Σώκρατες, μαινόμενον ἄνθρωπον εἴρηκας· ἐπεὶ τίς ἂν σοι δοκεῖ τολμῆσαι ὑγιαίνων τοιαῦτ' εὔξασθαι;

Cap. II. *ΣΩ.* Τὸ μαίνεσθαι ἆρα ὑπεναντίον σοι δοκεῖ τῷ φρονεῖν;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

D *ΣΩ.* Ἄφρονες δὲ καὶ φρόνιμοι δοκοῦσιν ἄνθρωποι εἶναί τινές σοι;

ΑΛ. Εἶναι μέντοι.

ΣΩ. Φέρε δή, ἐπισκεψώμεθα, τίνες ποτ' εἰσὶν οὗτοι. ὅτι μὲν γάρ εἰσί τινες, ὡμολόγηται, ἄφρονές τε καὶ φρόνιμοι, καὶ μαινόμενοι ἕτεροι.

ΑΛ. Ὡμολόγηται γάρ.

ΣΩ. Ἔτι δὲ ὑγιαίνοντές εἰσί τινες;

ΑΛ. Εἰσίν.

τίς ἂν σοι δοκεῖ τολμῆσαι] Soloece vett. edilt. *δοκῇ*: nam *ἄν* pertinet ad infinitivum, nec coniunctivo ullus locus est. Recte Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. BG. Ang. v. Flor. b. d. *δοκεῖ*. Frequentem esse hunc scribarum errorem disces a Schaefero Melett. p. 60. Boeckh. in Min. p. 142. conf. p. 139. E. p. 143. D. p. 144. A. B. p. 150. E.

Cap. II. *ἆρά γε ὑπεναντίον*] *γε* vulgo interpositum delevi auctoritate Bodl. Vat. Ven. *Π.* probante Schneidero ad Xenoph. Mem. I, 1, 16. Sed quod idem vir doctus vulgato *τῷ σωφρονεῖν* patrocinatur, non animadvertit in sequenti disputatione *τῷ μαίνεσθαι* non *τὸ σωφρονεῖν*, sed *τὸ φρονεῖν* opponi. Receptam

τολμῆσαι ὑγιαίνων τοιαῦτ' εὔξασθαι;] quis tibi videtur hoc a se posse impetrare, ut sana mente praeditus talia precetur? Nam *τολμᾶν* saepe est sustinere, a se impetrare. v. ad Apolog. p. 39. A. Menex. p. 245. C. Dein displicet istud *ὑπεναντίον*, quum sequens disputatio eo pertineat, ut furorem doceatur sapientiae esse contrarium. Argumentatur enim Socrates ita: Insania prudentiae est opposita: eidem contraria etiam imprudentia est: iam vero prudentia et imprudentia *ἀμέσως*, quod nos dicimus immediate, opponuntur: ergo nihil aliud prudentiae potest esse contrarium: ex quo consequitur, ut imprudentia ab insania nihil differat, omnesque imprudentes pro insanis habendi sint. Itaque totius argumentationis consilio convenientius erat *ἐναντίον* potius quam *ὑπεναντίον* dicere, nisi forte cum bonis grammaticis verba composita a simplicibus nulla alia re differre statueris nisi eo, quod pluribus syllabis constent. Repentina autem haec interrogatio ne nimium dura sit, vide num reponi oporteat: *Τὸ μαίνεσθαι ἆρα ὑπεναντίον κ. τ. λ.*

Cap. II. D. *τίνες ποτ' εἰσὶν οὗτοι*] Haec subobscure

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀσθενοῦντες ἕτεροι; 139

ΑΛ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὐχ οἱ αὐτοί;

ΑΛ. Οὐ γάρ.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ ἕτεροί τινές εἰσιν, οἳ μηδέτερα τούτων πεπόνθασιν;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἄνθρωπον ὄντα ἢ νοσεῖν ἢ μὴ νοσεῖν.

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δέ; περὶ φρονήσεως καὶ ἀφροσύνης ἆρά γε τὴν αὐτὴν ἔχεις γνώμην;

ΑΛ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Εἰ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ

lectionem tuentur Bodl. Vat. Veneti, Parisini, Vindobonenses, Florentini plerique omnes, Angelici. Vulgatum habet Par. E.

P. 139. *οἱ μηδέτερα τούτων*] Sic Florr. et Vindobonenses. Vulgo *μηδ' ἕτερα*, quod etiam Bekker. retinuit.

ἢ νοσεῖν ἢ μὴ ν.] *ἢ* ante *νοσεῖν* paucissimi codd. iique deteriores cum vett. editt. omittunt.

Εἰ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι ἢ φρ.] Vulgo *εἰ* aberat. Bodl. Ven. *Π.* Vat. *εἰ δοκεῖς οἷόν τε εἶναι.* Ven. *ΞΣ.* Vind. 2. Flor. n. Par. CG. *εἰ δοκεῖ σοι.* Buttmannus coniiciebat: *Δοκεῖ σοι ἀνάγκη, εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα.* v. aun.

ista dicuntur. Nihil aliud enim vult exquirere, quam qualis inter eos locum habeat oppositionis ratio, ut deinde insanos et imprudentes nihil inter se differre appareat. Praeterea audias quae Schleiermacherus scripsit: „Nachdem Sokrates schon gesagt: Lass uns zusehn, welche diese sind, würde er nicht erst noch nach Analogieen suchen, wenigstens nicht ohne dies besonders einzuleiten und zu rechtfertigen." Et profecto perinepta est ista exempli commemoratio, in qua artem Platonis omnino desideramus.

P. 139. *οἳ μηδέτερα τούτων πεπόνθασιν;*] qui nec sani sint nec infirma valetudine utantur. Pluralem *μηδέτερα* ne a Platonis loquendi consuetudine abhorrere existimes, alia eius exempla sunt Phaedr. p. 228. A. De Rep. VIII. p. 555. D. Lysid. p. 218. E. Euthyphr. p. 9. D. Apolog. p. 23. E., ex quibus dilucide apparebit Bekkerum non recte dedisse *μηδ' ἕτερα*, ut quod multo gravius nunc dicatur quam pro rei ratione. conf. etiam infra p. 140. E.

Εἰ δοκεῖ σοι οἱόντε εἶναι] Vulgo *εἰ* omisso *δοκεῖ σοι* scribitur. Sed quum eam vocem optimi quique codd.

ἄφρονα, ἢ ἔστι τι διὰ μέσου τρίτον πάθος, ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον μήτε ἄφρονα;

B ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Ἀνάγκη ἄρα ἐστὶ τὸ ἕτερον τούτων πεπονθέναι.

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Οὐκοῦν μέμνησαι ὁμολογήσας ὑπεναντίον εἶναι μανίαν φρονήσει;

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ μηδὲν εἶναι διὰ μέσου τρίτον πάθος, ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον μήτε φρόνιμον μήτε ἄφρονα εἶναι;

ὃ ποιεῖ τὸν ἄνθρ.] ἐποίει, quod olim erat divulgatum, e Bodl. Vat. Ven. *Π.* mutatum est.

Cap. III. C. ὀρθῶς ἂν φαίημεν· αὐτίκα τῶν σ.] Post φαίη-

tueantur — fallitur enim Buttmannus eam narrans in tribus optimis desiderari — non committendum putamus, ut scriptori invito eripiatur. Supplendum est enim ex Alcibiadis interrogatione *Λέγω*, i. e. *ἐρωτῶ*, unde haec Socratis verba suspensa sunt. Proxima liquet gravem suscepisse maculam, quum ne hic quidem scriptor adeo insulse loqui potuerit. Codd. nihil mutant, praeterquam quod optimi habent *δοκεῖς οἱόντ' εἶναι*. Sensum, non verba, expressit Ficinus: Opinaris hominem aut prudentem aut imprudentem esse oportere; an tertium praeter ea medium quiddam, quo nec prudens nec imprudens homo sit? Longe a literarum vestigiis recedit coniectura Buttmanni: *Εἰ δοκεῖ σοι ἀνάγκη, εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα.* Minus etiam explet animum quod Wexius in Commentat. de loco mathem. in Plat. Menone p. 43. legendum proposuit: *Δοκεῖς ὁμοίον τε, εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα;* i. e. *δοκεῖς ὁμοίως ἀνάγκην εἶναι, εἶναι ἢ φρ. ἢ ἄφρονα*, ut ipse explicat. Hoc enim a Graecitate mirum quantum abhorret. Quod fortasse ipse sentiens vir doctus aliam deinde rationem suasit, scribendum statuens: *δοκεῖς ἄνθρωπον ὄντα εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα*; ut *ανον* i. e. *ἄνθρωπον ὄν*, *οἷον*, pronomen *τινα* autem in *τε* corruptum existimetur. Nec profecto improbabilis haec emendatio est, quanquam non liquet, quomodo integritas orationis nunc ita pessumdata sit, quum antea incolumia legantur verba: *ἀνάγκη γάρ ἐστι ἄνθρωπον ὄντα ἢ νοσεῖν ἢ μὴ νοσεῖν.* Vide igitur, an verum assecuti simus coniectando: *Εἰ δοκεῖ σοι μόνον τινὰ εἶναι ἢ φρόνιμον ἢ ἄφρονα*; Hoc interrogo, num tibi videatur quispiam tantummodo aut prudens aut imprudens esse; an tertium quiddam sit intermedium, quod hominem reddat nec prudentem nec imprudentem.

ΑΛ. Ὡμολόγησα γάρ.

ΣΩ. Καὶ μὴν δύο γε ὑπεναντία ἐνὶ πράγματι πῶς ἂν εἴη;

ΑΛ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ἀφροσύνη ἄρα καὶ μανία κινδυνεύει ταὐτὸν εἶναι.

ΑΛ. Φαίνεται. C

Cap. III. *ΣΩ.* Πάντας οὖν ἂν φάντες, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι ὀρθῶς ἂν φαίημεν· αὐτίκα τῶν σῶν ἡλικιωτῶν εἴ τινες τυγχάνουσιν ἄφρονες ὄντες, ὥσπερ εἰσί, καὶ τῶν ἔτι πρεσβυτέρων. ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, οὐκ οἴει τῶν ἐν τῇ πόλει ὀλί-

μεν cum Bekkero eiecimus *Nal*, vulgo interpositum. Melius enim exempli commemoratio statim subiungitur. Et omittunt *Nal* istud Bodl. Coisl. Vat. Ven. *II*. Vind. 2. Par. BCEFG. Ang. u. v. Flor. a. b. c. d. i. n. o.

B. Ἀφροσύνη ἄρα καὶ μανία κινδ.] Acute observavit Boeckhius, quod notum sit illud paradoxon Stoicorum, ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται, de quo v. Cicero Parad. 4. et Davis. ad Tuscul. III, 5., tempore illius sectae scriptum videri posse dialogum.

Cap. III. C. Πάντας οὖν ἂν φάντες —] Vix Alcibiades concessit omnes imprudentes insanire, quum Socrates eam sententiam refellere et μανίαν nonnisi formam quandam τῆς ἀφροσύνης esse docere instituit. Itaque haec dicit ὑποθετικῶς, ita ut ex mente et persona Alcibiadis loquatur; nec opus est interrogatione, quam Schleiermach. requirebat. Non multum a nostra sententia discrepat Buttmanni iudicium, qui ἄρα et οὖν in tali sermone censet re vera nihil asserere propterea, quod enthymemata tantum proponantur, quae alterius affirmationem vel exceptionem desiderent. Ad verba: αὐτίκα τῶν σῶν πρεσβυτέρων intelligas τούτους δὴ ὀρθῶς ἂν φαίημεν μαινομένους.

ἐπεὶ φέρε πρὸς Διός, οὐκ οἴει —] Impugnat Socrates superiorem sententiam ita, ut Alcibiadem moneat, probata illa consequens fore, ut vitam haudquaquam tranquillam agamus, utpote perpetuo inter insanos et furiosos versantes. Iam vero quia illam sententiam ita proposuit, ut ex Alcibiadis mente, non e sua persona sit loquutus, continuo ingerit haec: ἐπεὶ φέρε πρὸς Διὸς κ. τ. λ. Nimirum quod plene dicendum fuit: ἀλλ' ὅρα, μὴ ταῦτ' οὐχ οὕτως ἔχει· ἐπεὶ πρὸς Διὸς κ. τ. λ., id nunc enuntiare non opus fuit propterea, quod, si sententiam respectamus, illud ipsum praecedentibus verbis iam continetur. Itaque non assentior Buttmanno Socratem iudicanti affirmationem Alcibiadis praeripere ideoque sermonem suum illo ἐπεὶ continuare. Nam affirmatio Alcibiadis in hac oratione vix locum habet. Mox Bekkerus ex Bodl. Vat. Ven.

γους μὲν εἶναι τοὺς φρονίμους, ἄφρονας δὲ τοὺς πολλούς, οὓς δὴ σὺ μαινομένους καλεῖς;

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οἴει ἂν οὖν χαίροντας ἡμᾶς εἶναι μετὰ τοσούτων μαινομένων πολιτευομένους, καὶ οὐκ ἂν
D παιομένους καὶ βαλλομένους καὶ ἅπερ εἰώθασιν οἱ μαινόμενοι διαπράττεσθαι, πάλαι δὴ δίκην δεδωκέναι; ἀλλ' ὅρα, ὦ μακάριε, μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει.

ΑΛ. Πῶς ἂν οὖν ποτ' ἔχοι, ὦ Σώκρατες; κινδυνεύει γὰρ οὐχ οὕτως ἔχειν, ὥσπερ ᾠήθην.

ΣΩ. Οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ. ἀλλὰ τῇδέ πῃ ἀθρητέον.

ΑΛ. Πῇ ποτὲ λέγεις;

ΣΩ. Ἐγὼ δή σοί γε ἐρῶ. ὑπολαμβάνομέν γέ τινας εἶναι νοσοῦντας. ἦ οὔ;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

E ΣΩ. Ἆρ' οὖν δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι τὸν νοσοῦντα ποδαγρᾶν ἢ πυρέττειν ἢ ὀφθαλμιᾶν; ἢ οὐκ ἂν δοκεῖ σοι καὶ μηδὲν τούτων πεπονθὼς ἑτέραν νόσον νοσεῖν; πολλαὶ γὰρ δήπου γέ εἰσι, καὶ οὐχ αὗται μόναι.

ἄφρονας δὲ τοὺς π.] δὲ δὴ Bodl. Vat. Ven. *Π.* probante Bekkero.

D. πάλαι δὴ δίκην] δὴ e Bodl. Vat. Ven. restitutum.

μὴ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει] ἔχῃ corr. Coisl. et habet Flor. d. Non opus.

Ἐγὼ δή σοί γε ἐρῶ] In his libri omnes γε interpositum habent. Post ὑπολαμβάνομεν autem, ubi vulgo est interiectum, omittunt Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G. Ex Florentinis meis nihil enotatum, praeterquam quod cod. n. ὑπολαμβάνομεν δὲ habere narratur.

E. ἢ οὐκ ἂν δοκεῖ σοι] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G. Flor. b. c. d. n. Soloece vulgo δοκῇ.

ἄφρονας δὲ δὴ τοὺς πολλοὺς dedit. Sed quum haec simpliciter opponantur praecedentibus, ὀλίγους μὲν εἶναι τοὺς φρονίμους, vereor ut δὴ inferciendum sit.

χαίροντας ἡμᾶς εἶναι — πολιτευομένους] h. e. πολιτεύεσθαι. χαίροντας, impune. v. Dorvill. ad Chariton. d. 592.

D. ὅρα — μὴ οὕτω ταῦτ' ἔχει] V. ad Charmid. p. 163. A.

Ἐγὼ δή σοί γε ἐρῶ] Docet iam Socrates insaniam esse nonnisi unam aliquam formam atque partem imprudentiae; quae quidem disputatio, usque ad p. 141. A. pertinens more haud quaquam Platonico instituitur; id quod facillime sentient qui

ΑΛ. Ἔμοιγε δοκοῦσιν.

ΣΩ. Ὀφθαλμία οὖν σοι δοκεῖ πᾶσα νόσος εἶναι;

ΑΛ. Ναί.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ πᾶσα νόσος ὀφθαλμία;

ΑΛ. Οὐ δῆτα ἔμοιγε· ἀπορῶ μέντοι, πῶς λέγω.

ΣΩ. Ἀλλ' ἐὰν ἔμοιγε προσέχῃς τὸν νοῦν, σύν τε δύο σκεπτομένω τυχὸν εὑρήσομεν. 140

ΑΛ. Ἀλλὰ προσέχω, ὦ Σώκρατες, εἰς δύναμιν τὴν ἐμήν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὡμολογήθη ἡμῖν ὀφθαλμία μὲν πᾶσα νόσος εἶναι, νόσος μέντοι οὐκ εἶναι πᾶσα ὀφθαλμία;

ΑΛ. Ὡμολογήθη.

ΣΩ. Καὶ ὀρθῶς γέ μοι δοκεῖ ὁμολογηθῆναι· καὶ γὰρ οἱ πυρέττοντες πάντες νοσοῦσιν, οὐ μέντοι οἱ νοσοῦντες πάντες πυρέττουσιν οὐδὲ ποδαγρῶσιν οὐδέ γε ὀφθαλμιῶσιν, οἶμαι· ἀλλὰ νόσος μὲν πᾶν B τὸ τοιοῦτόν ἐστι, διαφέρειν δέ φασιν οὓς δὴ καλοῦ-

ἀπορῶ μέντοι, πῶς λέγω] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* Flor. n. o. Vulg. μέντοι γε πῶς λ.

P. 140. τυχὸν εὑρήσομεν —] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* pro vulg. σχεδὸν εὑρ. Etiam infra τυχὸν apud nostrum ita positum recurrit.

οὐδὲ ποδαγρῶσιν] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π.* pro ποδαγριῶσιν. Etiam supra erat ποδαγρᾶν. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 80.

B. διαφέρειν δέ φασιν] V. δή, quod iam Stephanus mutandum vidit. Verum suppeditarunt Flor. d. n. o. Par. B. et corr. Bodl.

rationem, qua de notionum generibus et partibus apud Platonem disseritur, vel ex Euthyphrone, Hippia, Charmide, aliis libris cognoverint. Quocirca ea de re verbo monuisse satis erit. Formam ποδαγρᾶν, qua utitur etiam Aristoph. Plut. 569., apud Platonem alteri ποδαγριᾶν praeferendam esse cum Buttmanno etiam Lobeck. ad Phryn. p. 80. statuit.

P. 140. Ἀλλ' ἐὰν ἔμοιγε προσέχῃς — εὑρήσομεν] Ineptissime verba Homerica ex Iliad. X, 224. petita hic intertexta sunt, praesertim quum Alcibiades non communiter rem exquirere, sed tantummodo animum attendere iubeatur. Com-

μεν ἰατροὺς τὴν ἀπεργασίαν αὐτῶν. οὐ γὰρ πᾶσαι οὔτε ὅμοιαι οὔτε ὁμοίως διαπράττονται, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὑτῆς δύναμιν ἑκάστη· νόσοι μέντοι πᾶσαί εἰσιν. ὥσπερ δημιουργούς τινας ὑπολαμβάνομεν· ἢ οὔ;

ΑΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοὺς σκυτοτόμους καὶ τέκτονας καὶ ἀνδριαντοποιοὺς καὶ ἑτέρους παμπληθεῖς, οὓς τί δεῖ καθ' ἕκαστα λέγειν; ἔχουσι δ' οὖν διειληφότες
C δημιουργίας μέρη, καὶ πάντες οὗτοί εἰσι δημιουργοί, οὐ μέντοι εἰσὶ τέκτονές γε οὐδὲ σκυτοτόμοι οὐδ' ἀνδριαντοποιοί, οἳ ξύμπαντές εἰσι δημιουργοί.

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

ΣΩ. Οὕτω μὲν τοίνυν καὶ τὴν ἀφροσύνην διει-

οὐ γὰρ πᾶσαι οὔτε ὅμοιαι] πᾶσιν Bodl. Vat. Ven. *Π.* Idem ὅμοιοι, quod Schneider. Schleierm. Buttm. in ὅμοια mutari voluerunt.

ἑτέρους παμπληθεῖς] V. παμπλήθεις, quod mutavit Bekkerus e Vat. Ven. *ΞΠΣ.* Vind. 2. Par. BC. Ang. u. v., quibuscum consentit etiam Vind. 9.

C. Οὕτω μὲν τοίνυν] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠΣ.* Vind. 2. 9. Par. BCG. Ang. u. v. Flor. a. b. c. d. u. o. Vulgo

pares mihi illa Sympos. p. 174. D., et videbis, quantum aera distent lupinis.

B. οὔτε ὅμοιαι οὔτε ὁμοίως διαπράττονται] h. e. ἀπεργάζονται, operantur. Singularis hic verbi usus est, cuius alterum exemplum vix usquam apud probos scriptores reperias. Nec sine nota transmittendum est istud τὴν ἀπεργασίαν αὐτῶν. Aliter certe Plato Protagor. p. 312. D. πρὸς τὴν ἀπεργασίαν τὴν τῶν εἰκόνων. Gorg. p. 462. C. χάριτός τινος καὶ ἡδονῆς ἀπεργασία. Euthyphr. p. 13. D. ἡ ἰατροῖς ὑπηρετικὴ εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν τυγχάνει οὖσα ὑπηρετική; Ibid. E. εἰς τίνος ἔργου ἀπεργασίαν ὑπηρετικὴ ἂν εἴη; al., quibus locis omnibus nomini genitivum obiecti, non subiecti additum vides. Pro ὅμοιαι Schneiderus in Lexic. s. v. διαπράττεσθαι reponendum censet ὅμοια, ne verbum casu obiecti careat. Quod vereor ut necessarium sit. Nam διαπράττεσθαι etiam alibi absolute usurpari meminimus, veluti Hipp. mai. p. 281. A. De Rep. III. p. 411. D. Phaedr. p. 234. A. p. 256. C. al. Illud ὅμοιαι autem optimam efficit sententiam: nec omnes, inquit, inter se similes sunt, nec similiter operantur. Ceterum inepte Socrates medicos significat tortuosa ista locutione οὓς δὴ καλοῦμεν ἰατρούς, qua cur usus sit, nulla causa reddi potest.

C. Οὕτω μὲν τοίνυν καὶ τὴν ἀφροσύνην δ.] Perabsurdam esse hanc comparationem et inepti sutoris potius

ληφότες εἰσί, καὶ τοὺς μὲν πλεῖστον αὐτῆς μέρος ἔχοντας μαινομένους καλοῦμεν, τοὺς δ' ὀλίγον ἔλαττον ἠλιθίους τε καὶ ἐμβροντήτους· οἱ δὲ ἐν εὐφημοτάτοις ὀνόμασι βουλόμενοι κατονομάζειν οἱ μὲν μεγαλοψύχους, οἱ δὲ εὐήθεις, ἕτεροι δὲ ἀκάκους καὶ ἀπείρους καὶ ἐνεούς. εὑρήσεις δὲ καὶ ἕτερα πολλὰ D *ἀναζητῶν ὀνόματα. πάντα δὲ ταῦτα ἀφροσύνη ἐστί· διαφέρει δέ, ὥςπερ τέχνη τέχνης ἡμῖν κατεφαίνετο καὶ νόσος νόσου. ἢ πῶς σοι δοκεῖ;*

ΑΛ. *Ἐμοὶ μὲν οὕτως.*

Cap. IV. *ΣΩ. Οὐκοῦν ἀπ' ἐκείνου πάλιν ἐπανέλθωμεν. ἦν γὰρ δήπου καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, σκεπτέον εἶναι τοὺς ἄφρονάς τε καὶ φρονίμους, τίνες ποτ' εἰσίν. ὡμολόγητο γὰρ εἶναί τινας· ἦ γὰρ οὔ;*

Οὕτω μὲν οὖν κ. τ. λ. Dein vett. editt. *πλεῖστον μέρος αὐτῆς*, quem verborum ordinem e Bodl. Coisl. Ven. *II.* Par. G. Flor. b. d. mutavimus.

D. *καὶ ἐνεούς*] Sic Bodl. Vat. Ven. *ΣΣ*, Vind. 2. 9. Par. BG. Ang. u. v. Flor. a. c. o. Vulgo *ἐννεούς*.

Cap. IV. *καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου*] *καὶ* add. Bodl. Vat. Ven. *Π.* quod recepi cum Bekker. Dein Coisl. a. m. rec. *ἦ γὰρ ἦ οὔ;* Vind. 2. et Flor. d. *ἦ γὰρ οὔ: ναί: ὡμολόγητο.*

quam Platonis ingenio dignam nemo erit quin Schleiermachero lubenter largiatur. — *πλεῖστον αὐτῆς μέρος* vocat summum *τῆς ἀφροσύνης* gradum, quod monendum videtur, ne quis homuncioni sententiam plane absurdam obtrudat, sicuti mox ei vocula *ἐν* ante *εὐφημοτάτοις ὀνόμασι* a scribis per errorem tributa esse videtur, quanquam eam servat etiam Stobaeus Serm. IV, p. 61. ed. Gesner.; nam in Gaisfordi editione locus, quia deest in mss., non excerptus legitur. Deinde *μεγαλοψύχους* quo sensu inter amentes retulerit, patet e loco p. 150. D. Sed iure dubites, num hic vocabuli usus veteribus scriptoribus cognitus fuerit. Voc. *ἐνεοὺς* Schol. interpretatur *ἀφώνους, κωφούς, ἐξεστηκότας, νωθρούς, ναχελεῖς, μετεώρους.* Meliora affert, quem laudat Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 102., Joannes Siceliota Commentar. ms. in Hermogenem: *Ἐνεός, ὁ ἠπορηκὼς κατά τι καὶ γεγονὼς ἄχαρις ἢ ὁ εἰς ἑαυτὸν ἑαραμμένος, οἷον ὁ ἐν ἑαυτῷ ὢν καὶ μὴ πρὸς ἄλλον λαλῶν.* Similem euphemismum in designandis amasiis sollemnem notavit Plato Republ. V. p. 474. D. E.

D. *ἦν γὰρ δήπου καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου*] Recte Ficinus: Propositum fuit in disputationis exordio, qui prudentes quive imprudentes essent, diiudicare. Sed quovis pignore contenderim hanc loquutionem non esse Platonicam magnumque exhibere testimonium eius

ΑΛ. Ναί, ὡμολόγηται.

E *ΣΩ. Ἆρ' οὖν τούτους φρονίμους ὑπολαμβάνεις, οἳ ἂν εἰδῶσιν ἅττα δεῖ πράττειν καὶ λέγειν;*

ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ἄφρονας δὲ ποτέρους; ἆρά γε τοὺς μηδέτερα τούτων εἰδότας;

ΑΛ. Τούτους.

ΣΩ. Οὐκοῦν οἵ γε μὴ εἰδότες μηδέτερα τούτων λήσουσιν αὐτοὺς καὶ λέγοντες καὶ πράττοντες ἅττα μὴ δεῖ;

E. *καὶ λέγοντες καὶ πράττοντες*] V. *λέγοντας καὶ πράττοντας*, quod correctum e Stobaeo et Ven. Ξ. conf. p. 143. B.

sententiae, quam de libelli auctore nobis persuasimus. Nihilum quidem proficias corrigendo *καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου*, quod nec librorum mss. fide nititur nec ipsi sententiae convenit. Respicit autem Socrates ad p. 138. D., ubi v. ann. Dein *ἦ γὰρ οὔ*; si lectio vera est, ipsum quoque arguit ineptum tenebrionem. Nam alias in eiusmodi sermone usitatum est *ἦ γάρ*; Nisi forte *οὔ* adhaesit e *διττογραφίᾳ* aliqua, quae qualis fuerit, perspicuum est ex correctione manus recent. in cod. Coisl. facta: *ἦ γάρ; ἢ οὔ;* Neque enim assentior Buttmanno eam lectionem pro vera rectaque probantem, quum nusquam *ἦ γάρ; ἢ οὔ;* ita iunctum reperiatur.

Ναί, ὡμολόγηται] Iure Buttm. discessit a sententia Stephani ob praegressum illud *ὡμολόγητο* hic quoque requirentis tempus plusquamperfectum. Quid enim? Potuitne Alcibiades, etiamsi Socrates interrogaverat: Convenerat-ne antea inter nos — iam statim significare respondendo, id quod antea censuissent, etiamnum ratum esse videri, ideoque perfecto tempore uti?

E. *Ἆρ' οὖν τούτους φρονίμους — λέγειν;*] Quod hic ipse Socrates Alcibiadi statim rei definitionem ultro suppeditat, id a Platonico disserendi more aliquantum recedit, ut scite observavit Schleiermacherus. Ceterum hunc locum inde ab *Ἆρ' οὖν* usque ad *ἅττα μὴ δεῖ; Φαίνεται.* excerpsit Stobaeus Florileg. p. 60. ed. Gesner. Tit. 4. sect. 118. ed. Gaisf.

τοὺς μηδέτερα τούτων] Sc. *μήτε τὸ πράττειν μήτε τὸ λέγειν.* Hic quoque Bekker. bis edidit *μηδ' ἕτερα*, de qua scriptura quid iudicari oporteat, iam ad p. 139. A. significavimus.

P. 141. *ὥςπερ οὐδ' ἠὔχετο, οὐδ' ᾤετο*] Ficinus: Ille siquidem ut non optabat, ita nec putabat. Legit igitur *εἴπερ οὐδ' ηὔχετο κ. τ. λ.*, quod tamen nihili est, et ortum fortasse ex rariore usu geminati *οὐδέ*, in quo ipse Stephan. haesit. Sed recte observavit Buttm. geminatam esse hanc voculam, quia in his verbis aliquid reciproci insit,

ΑΛ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τούτων μέντοι ἔλεγον, ὦ Ἀλκιβιάδη, καὶ τὸν Οἰδίπουν εἶναι τῶν ἀνθρώπων. εὑρήσεις δὲ καὶ 141
τῶν νῦν ἔτι πολλοὺς οὐκ ὀργῇ κεχρημένους, ὥσπερ ἐκεῖνον, οὐδ' οἰομένους κακά σφισιν εὔχεσθαι, ἀλλ' ἀγαθά. ἐκεῖνος μὲν ὥσπερ οὐδ' ἠύχετο, οὐδ' ᾤετο· ἕτεροι δέ τινές εἰσιν, οἳ τἀναντία τούτων πεπόνθασιν. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε πρῶτον, εἴ σοι ἐμφανὴς γενόμενος ὁ θεός, πρὸς ὃν τυγχάνεις πορευόμενος, ἐρωτήσειε, πρὶν ὁτιοῦν εὔξασθαί σε, εἰ ἐξαρκέσει

P. 141. *οἶμαί σε πρῶτον*] *πρῶτον* add. Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠΣ. Vind. 2. 9. Par. BEG. Flor. a. b. c. d. n. o. edit. Bas. 2.

quemadmodum in aliente sententia Atticus sermo frequentet: *ὥσπερ καὶ ἠύχετο, οὕτω καὶ ᾤετο.* Ad *ἠύχετο* apparet *ἀγαθὰ* intelligi oportere.

ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε πρῶτον —] Proh deum atque hominum fidem, qualis haec est, obsecro, sententiarum iunctura et consecutio: „Oedipus, inquit, sicuti non precatus est bona, ita nec sibi videbatur: sunt autem alii *quidam*, quibus *evenit* contrarium. *Nam* equidem arbitror te primum, si deus, quem adoraturus es, tibi repente appareret et priusquam aliquid precatus esses, ultro tibi offerret non modo Atheniensium ceterorumque Graecorum imperium, sed etiam totius Europae dominatum, vehementer exsultaturum esse laetitia: attamen vita tua tibi multo carior esset quam tanta potentia, nec ea velles male et perniciose uti. Vides igitur *non tutum esse* ea, quae offerantur, *sic temere accipere, vel ipsum precari*, ut obtingant, si quis inde damnum facturus sit vel omnino vitam amissurus." Adeone insulsa et absurda proloqui potuisse Platonicum Socratem? Minime vero. Personatus hic Plato unus aliquis est de grege imitatorum delirantium, qui hunc pannum inepte suis inseruit, siquidem totus hic locus expressus est ex Alcibiade primo p. 105. A., praeterquam quod ibi Alcibiades pro ambitione sua iudicatur vel cum vitae periculo istam potentiam expetiturus esse, hic autem ita loquens introducitur, ut vitam vel summae dignitati anteponendam esse statuat. Miramur vero Schleiermacherum et Buttmannum hoc loco censuisse omnia melius inter se cohaerere quam in primo Alcibiade, ideoque dubitavisse, utrum illius libri auctor sua ex Alcibiade secundo hauserit, an contra huius scriptor libri illius expilaverit thesauros. Nam in primo Alcibiade quum nec manifesta *νοθείας* signa deprehendantur, qualia in hac scriptione inveniuntur plurima, nec logica sententiarum veritas et cohaerentia turpiter negligatur, consequens est, ut auctorem huius libelli ab illo profecisse statuendum sit. Certe quidem

σοι τύραννον γενέσθαι τῆς Ἀθηναίων πόλεως· εἰ δὲ τοῦτο φαῦλον ἡγήσαιο καὶ μὴ μέγα τι, προσθείη καὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων· εἰ δέ σε ὁρῴη ἔτι ἔλατ-
B τον δοκοῦντα ἔχειν, εἰ μὴ καὶ πάσης Εὐρώπης ὑποσταίη σοι, καὶ τοῦτο μὴ μόνον ὑποσταίη, αὐθημερόν σου βουλομένου ὡς πάντας αἰσθέσθαι, ὅτι Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου τύραννός ἐστιν· αὐτὸν οἶμαι ἄν σε ἀπιέναι περιχαρῆ γενόμενον, ὡς τῶν μεγίστων ἀγαθῶν κεκυρηκότα.

ΑΛ. Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ὦ Σώκρατες, κἂν ἄλλον ὁντινοῦν, εἴπερ τοιαῦτα ξυμβαίη αὐτῷ.

C *ΣΩ.* Ἀλλὰ μέντοι ἀντί γε τῆς σῆς ψυχῆς οὐδ',

B. ὑποσταίη σοι] Par. G. καταστήσοι, quo mutato in καταστήσειε, sc. τύραννον; Buttmanno iudice melius cohaerebit oratio. Deinde μὴ post τοῦτο om. Ven. Σ. Vind. 2. Ante αὐθημερὸν Köppen ἀλλὰ καὶ vel saltem ἀλλ' interponendum iudicabat; sed vide infra.

ὡς πάντας αἰσθέσθαι] αἰσθήσεσθαι Bodl. Vat. Ven. Π.

C. Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων] τε καὶ Bodl. Vat. Ven. Π.

hic locus ab illo meo iudicio satis eleganter et Alcibiadis ingenio perquam accommodate tractatus est.

B. καὶ τοῦτο μὴ μόνον ὑποσταίη, αὐθήμερόν σου βουλ.] nec tantum id promitteret, quum tu optares, ut omnes homines eo ipso die sentirent Alcibiadem, Cliniae filium, dominari, h. e. nec tantum illud promitteret, sed etiam id efficeret, ut, quoniam ita velles, protenus homines te tyrannum exstitisse comperirent. Nam ἀλλὰ καί, quod exspectabatur, κατὰ σύνεσιν inest in verbis αὐθήμερόν σου βουλ. κ. τ. λ., quae liberior est orationis conformatio. Hactenus igitur res in vado est, quanquam verborum structura satis est difficilis et contorta. Sed molestiam creat ὡς ante πάντας illatum, quod quia post βούλεσθαι non habet locum, recte iudicavit Buttm. perquam absurde intrusum esse. Sed quid eo faciendum sit, videant me acutiores. In transcursu notabis etiam usum verbi ὑποσταίη Homericum.

Cap. V. C. οὔτε τὰ διδόμενα εἰκῇ δέχεσθαι] Ob oculos fortasse habuit proverbium δέχεσθαι τὰ διδόμενα, de quo v. ad Gorg. p. 499. C. Quanquam nolumus homini tam ineptam elegantiam ultro iniungere. Nec illud pro certo affirmare audemus, num σέ, quod cum Bekkero cancellis inclusimus, ab eius manu profectum sit. Quidquid enim Buttm. ad voculam tuendam in medium affert, manet tamen illud certum et indubitatum, parum commode hic inferciri primae personae commemorationem, quum deinceps τί τις dicatur atque tota senten-

ἂν τὴν πάντων Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων χώραν τε καὶ τυραννίδα βουληθείης σοι γενέσθαι.

ΑΛ. Οὐκ οἶμαι ἔγωγε. πῶς γὰρ ἄν, μηδέν γέ τι μέλλων αὐτοῖς χρήσεσθαι;

ΣΩ. Τί δ' εἰ μέλλοις κακῶς τε καὶ βλαβερῶς χρῆσθαι; οὐδ' ἂν οὕτως;

ΑΛ. Οὐ δῆτα.

Cap. V. ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς οὔτε τὰ διδόμενα εἰκῇ δέχεσθαί [σε] οὔτε αὐτὸν εὔχεσθαι γενέσθαι, εἴ γέ τις βλάπτεσθαι μέλλοι διὰ ταῦτα ἢ τὸ παράπαν τοῦ βίου ἀπαλλαγῆναι. πολ- D
λοὺς δ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν, ὅσοι τυραννίδος ἐπιθυμήσαντες ἤδη καὶ σπουδάσαντες τοῦτ' αὐτοῖς παρα-

Οὐκ οἶμαι ἔγωγε] Sic Bodl. Ven. *II.* Vat. pro vulg. *Οὐκ οἶμαι ἔγωγε.* Ex iisdem deinde *χρήσεσθαι* pro vulg. *χρῆσθαι* dedimus, et *εἰ μέλλοις* pro *εἰ μέλλεις.*

Cap. V. *δέχεσθαί σε*] Codd. *τε.* Coisl. ex corr. *γε.* Mox pro vulg. *μέλλει*, quod solus Par. E. tuetur, reposuimus codicum lectionem *μέλλοι.*

tia tanquam communia quaedam et generalis proponatur. Huc accedit, quod *σε* in perpaucis codd. scriptum exstat, ceteris omnibus *τε* habentibus.

εἴ γέ τις — μέλλοι] siquidem sumamus futurum esse, ut quis damnum inde accipiat. Ita si haec intelligimus, nulla causa est, cur tueamur Stephani lectionem *μέλλει*, uno codice Par. E. confirmatam, quo libro Stephanum usum videri iam alibi suspicati sumus. Quanquam indicativi usum in hac formula alias dominari vel ea docebunt, quae ad Charmid. p. 157. A. notavimus.

D. *πολλοὺς δ' ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν* —] Sequitur nunc longa oratio, qua homines docetur saepenumero ingentia mala pro bonis et habere et expetere, ideoque sua ipsorum dementia ruere in perniciem. Decent haec omnia declamatorem de schola potius quam Socratem Platonicum, qui tales declamatiunculas praeter necessitatem non solet instituere. Nec dubito, quin haec oratio ex pannis aliunde collectis compacta sit, cuius rei indicium vel ea faciunt, quae de Archelao narrantur, ut postea demonstrabimus.

ληνες. Λακεδαιμονίοις δέ, φάναι, οὐδεπώποτ' ἐμέλησεν οὐδὲν τούτων, ἀλλ' οὕτως ὀλιγώρως διάκεινται πρὸς τοὺς θεούς, ὥστε καὶ ἀνάπηρα θύουσιν ἑκάστοτε καὶ τἆλλα πάντα οὐκ ὀλίγῳ ἐνδεεστέρως τιμῶσιν ἢπερ ἡμεῖς, οὐδὲν ἐλάττω χρήματα κεκτημένοι τῆς ἡμετέρας πόλεως. ἐπειδὴ εἰρηκέναι ταῦτά τε καὶ ἐπερωτῆσαι, τί χρὴ πράττοντας αὐτοὺς τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγὴν εὑρεῖν, ἄλλο μὲν οὐδὲν B
ἀποκριθῆναι τὸν προφήτην — τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν

Cap. XII. E. *τῶν πρεσβυτέρων τινῶν*] *τῶν* addunt Bodl. Vat. Ven. *II.* Iidem tamen *ἤ τινων*.

ὁπότε μάχη γένοιτο] Vulgatum *ὁπόταν* e Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G. Flor. n.

E. *ἀνθ' οὗ ποτε*] ποτὲ om. Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G. Flor. d. P. 149. *ὅσα οὐδ' οἱ ἄλλοι ξ.*] *οἱ* om. Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G. Flor. n. Dein vulgo erat *οὐδέποτε*, quod soli tenent Par. E. Ven. Σ. Vind. 9. Flor. b. i. d. n.

οὐκ ὀλίγῳ ἐνδεεστέρως] Libri *ὀλίγως*. Correxit Buttm.

εἰρηκέναι ταῦτά τε] *τε* om. Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G.

tum piaculum publice admisisse. Sed nimirum hic quoque audire nobis videmur aliquem de schola declamatorem, qui rem adeo augere non dubitavit, modo sibi ipsi domi plaudere liceret. Deinde pro librorum scriptura *ὀλίγως ἐνδεεστέρως* de Buttmanni coniectura dedimus *ὀλίγῳ ἐνδ.*

οὐδὲν ἐλάττω χρήματα κ.] V. ad Alcib. I. p. 122. E., quo loco quod ampliores etiam fuisse dicuntur Lacedaemoniorum quam Atheniensium divitiae, consulto ibi Socrates rem auget.

B. *ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν πρ.*] In superioribus aliquoties notavimus loquutiones quasdam, quae minus probae viderentur ideoque impostorem arguerent. En nunc deprehendimus etiam formam verbi citeriori Graecitati propriam, quandoquidem *ἀποκριθῆναι* pro *ἀποκρίνασθαι* positum videmus. Vere enim Ammonius p. 21. *Ἀποκριθῆναι καὶ ἀποκρίνασθαι διαφέρει. ἀποκριθῆναι μὲν γάρ ἐστι τὸ ἀποχωρισθῆναι· ἀποκρίνασθαι δὲ τὸ ἐρωτηθέντα λόγον δοῦναι.* Quam observationem confirmant Thom. Mag. p. 96. Phry-

δῆλον ὅτι — καλέσαντα δὲ αὐτόν, Ἀθηναίοις, φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων· φησὶν ἂν βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ ξύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. τοσαῦτα εἰπεῖν, οὐκέτι περαιτέρω. τὴν γοῦν εὐφημίαν οὐκ ἄλλην τινά μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεὸς ἢ τὴν εὐχὴν αὐτῶν· ἔστι γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. οἱ μὲν γὰρ
C ἄλλοι Ἕλληνες οἱ μὲν χρυσόκερως βοῦς παραστησάμενοι, ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς εὔχονται ἅττ' ἂν τύχῃ ταῦτα, ἐάν τ' ἀγαθὰ ἐάν τε κακά· βλασφημούντων οὖν αὐτῶν ἀκούοντες οἱ θεοὶ οὐκ ἀποδέχονται τὰς πολυτελεῖς ταυτασὶ πομπάς τε καὶ θυσίας. ἀλλὰ δοκεῖ μοι πολλῆς φυλακῆς δεῖσθαι καὶ σκέψεως, ὅ τι ποτὲ ῥητέον ἐστὶ καὶ μή. Cap. XIII. Εὑρήσεις δὲ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἕτερα παραπλήσια τούτοις εἰρημένα. φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας ἔπαυλιν ποιουμένους
D ἕρδειν ἀθανάτοισι τελήεσσας ἑκατόμβας·

C. ταυτασὶ πομπάς] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G. Vulgo legebatur ταύτας π.

Cap. XIII. D. τελήεσσας ἑκ.] Steph. τελειέσσας, libris invitis. Dein Vat. Bodl. κνῖσαν. Ven. *II.* κνίσσαν.

nichus p. 108. Eustath. ad Iliad. ε, 12. alii. Confirmari eandem usu loquendi et auctoritate scriptorum codicum abunde demonstrarunt Sturzius De Dialecto Alex. p. 148. et Lobeck. ad Phryn. l. c. Quum igitur in tot libris manuscriptis constanter scriptum sit ἀποκριθῆναι neque id scribarum errori deberi videatur, consequens est, ut scriptorem libri aetate Graecitatis posteriore vixisse suspicemur.

καλέσαντα δὲ αὐτόν, Ἀθηναίοις, φάναι, τάδε λέγει] Hemsterhus. ad Lucian. Diall. Mort. 12, 2. p. 391. corrigendum censet: καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους φάναι. Quod probat Buttmannus, quia videlicet propheta dixerit: Ὦ Ἀθηναῖοι, τάδε κ. τ. λ. Ad eundem modum Xenoph. Symp. 2, 12. καὶ ὁ Σωκράτης καλέσας τὸν Ἀντισθένην εἶπεν, οὗτοι — οἶομαι κ. τ. λ. Et profecto istud καλέσαντα sic sine accusativo obiecti positum nonnihil habet offensionis. Ipsa tamen prophetae oratio nihil prohibet quominus haec fuisse putetur: Ἀθηναίοις τάδε λέγει Ἄμμων. Et ita eam a scriptore fuisse informatam ipsum verbum φάναι docere mihi videtur. Ceterum formula vatum deorum responsa edentium sollemnis fuit Τάδε λέγει ὁ θεός,

τὴν δὲ κνίσσαν ἐκ τοῦ πεδίου τοὺς ἀνέμους φέρειν
οὐρανὸν εἴσω,
ἡδεῖαν· τῆς δ' οὔ τι θεοὺς μάκαρας δατέεσθαι,
οὐδ' ἐθέλειν· μάλα γάρ σφιν ἀπήχθετο Ἴλιος ἱρὴ
καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς ἦν προὔργου θύειν τε καὶ δῶρα Ε
τελεῖν μάτην, θεοῖς ἀπηχθημένους. οὐ γάρ, οἶμαι,
τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν, ὥστε ὑπὸ δώρων παρά-
γεσθαι, οἷον κακὸν τοκιστήν· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς εὐή-
θη λόγον λέγομεν, ἀξιοῦντες Λακεδαιμονίων ταύτῃ
περιεῖναι, καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα
καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ
μὴ πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν 150
τυγχάνῃ. πολλῷ γε μᾶλλον, οἶμαι, ἢ πρὸς τὰς πολυ-
τελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας, ἃς οὐδὲν κω-
λύει πολλὰ μὲν εἰς θεούς, πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους
ἡμαρτηκότας καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν ἔχειν ἀν' ἕκαστον
ἔτος τελεῖν. οἱ δέ, ἅτε οὐ δωροδόκοι ὄντες, κατα-

E. ἦν προὔργου] V. προὔργου ἦν, quod e Bodl. Vat. Ven. II. Par. G. mutatum.

οἷον κακὸν τοκιστήν] Gedikius coni. δικαστήν. male.

P. 150. πολλῷ γε μᾶλλον] γε additum est e Bodl. Vat. Ven. II. Par. G.

De prophetis oraculorum v. Valcken. ad Herodot. VII, 111. Diodor. Sic. XVII, 51.

τὴν γοῦν εὐφημίαν —] Scribendum οὖν. Non enim locum habere restrictionem quivis videbit. Nisi forte ipse scriptor non vidit.

Cap. XIII. C. φησὶ γὰρ τοὺς Τρῶας —] Versus in ipsius Homeri codicibus et vett. editt. desiderantur: ex hoc autem loco a Barnesio Homero sunt restituti et libro Iliad. VIII, 548. interpositi, quam rationem secutus est Wolfius, non item Heynius. conf. Wolfii Prolegg. p. XXXVII. et Heyn. ad Iliad. T. V. p. 511 sqq.

E. οὐδὲν αὐτοῖς ἦν προὔργου ἀπηχθημένους.] Accusativus participii post dativum illatus, ut Reip. III. p. 409. A. p. 414. A. al. conf. Matth. Gr. §. 536. ann.

τοιοῦτόν ἐστι τὸ τῶν θεῶν —] Persius Sat. 2. v. 48 sqq. At tamen hic extis et opimo vincere ferto Intendit: iam crescit ager, iam crescit ovile, iam dabitur, iamiam! donec deceptus et exspes Necquidquam fundo suspiret numus in imo.

φρονοῦσιν ἁπάντων τούτων, ὥς φησιν ὁ θεὸς καὶ θεῶν προφήτης. κινδυνεύει γοῦν καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι δικαιοσύνη τε καὶ
B φρόνησις διαφερόντως τετιμῆσθαι, φρόνιμοι δὲ καὶ δίκαιοι οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν ἢ τῶν εἰδότων ἃ δεῖ πράττειν τε καὶ λέγειν καὶ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους. βουλοίμην δ' ἂν καὶ σοῦ πυθέσθαι, ὅ τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα.

ΑΛ. Ἀλλ' ἐμοὶ μέν, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἄλλῃ πῃ δοκεῖ ἢ ἥπερ σοί τε καὶ τῷ θεῷ· οὐδὲ γὰρ ἂν εἰκὸς εἴη ἀντίψηφον ἐμὲ τῷ θεῷ γενέσθαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν μέμνησαι ἐν πολλῇ ἀπορίᾳ φάσκων εἶναι, ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν εὐχόμενος κακά, δοκῶν δὲ ἀγαθά;

C ΑΛ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Ὁρᾷς οὖν, ὡς οὐκ ἀσφαλές σοί ἐστιν ἐλθεῖν πρὸς τὸν θεὸν εὐξομένῳ, ἵνα μηδ' ἂν οὕτω τύχῃ, βλασφημοῦντός σου ἀκούων οὐδὲν ἀποδέξηται τῆς θυσίας ταύτης, τυχὸν δὲ καὶ ἕτερόν τι προσαπολαύσῃς. ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ κράτιστον εἶναι ἡσυ-

B. *πράττειν τε καὶ λέγειν*] Adieci *τε* e Coisl. Flor. d. In Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G. *καὶ* post *λέγειν* deest.

Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν] *μὲν* om. Bodl. Ven. *Π.* Vat. Par. G.

τῷ θεῷ γενέσθαι] V. *γίγνεσθαι*, quod e Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G. Flor. d. mutatum.

C. *πρὸς τὸν θεὸν εὐξομένῳ*] *εὐξαμένῳ* Flor. a. b. c. d. o. Vind. 2. Coisl. Ven. *Σ.* Par. BC.

κράτιστον εἶναι ἡσυχίαν] Vat. *βέλτιον.* Bodl. Ven. *Π.* Par. G. *βέλτιστον.*

ἐν ἀφροσύνῃ γε ὄν.] *γε* om. Bodl. Vat. Ven. *Π.* Par. G.

D. *Οὗτος, ᾧ μέλει*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ.* Par.

P. 150. *καὶ θεῶν προφήτης*] Recte Buttm. *καὶ ὁ θ. πρ.* legendum censet.

B. *οὐκ ἄλλοι τινές εἰσιν ἢ τῶν εἰδότων*] Dici poterat vel *οὐκ ἄλλοι τινὲς ἢ οἱ εἰδότες*, vel *οὐκ ἄλλοι τινὲς τῶν εἰδότων*. Utramque constructionem in unum conflavit. conf. Matthiae. Gr. §. 450. 2., ubi similis post modos comparativos verborum structura illustratur. Verum iam Buttmannus vidit.

ὅ τι ποτὲ ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα] h. e. quid tandem de his sentias; *τί σοι δοκεῖ περὶ τούτων.* Dictio a

χίαν ἔχειν. τῇ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων εὐχῇ διὰ τὴν μεγαλοψυχίαν — τοῦτο γὰρ κάλλιστον τῶν ἐν ἀφροσύνῃ γε ὀνομάτων — οὐκ ἂν οἶμαί σε ἐθέλειν χρῆσθαι. ἀναγκαῖον οὖν ἐστι περιμένειν, ἕως ἄν τις μά- D
θῃ, ως δεῖ πρὸς θεοὺς καὶ πρὸς ἀνθρώπους διακεῖσθαι.

Cap. XIV. ΑΛ. Πότε οὖν παρέσται ὁ χρόνος οὗτος, ὦ Σώκρατες; καὶ τίς ὁ παιδεύσων; ἥδιστα γὰρ ἄν μοι δοκῶ ἰδεῖν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον τίς ἐστιν.

ΣΩ. Οὗτος, ᾧ μέλει περὶ σοῦ. ἀλλὰ δοκεῖ μοι, ὥςπερ τῷ Διομήδει φησὶ τὴν Ἀθηνᾶν Ὅμηρος ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφελεῖν τὴν ἀχλύν,

ὄφρ' εὖ γιγνώσκοι ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα,

οὕτω καὶ σοὶ δεῖν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πρῶτον τὴν ἀχλὺν E
ἀφελόντα, ἣ νῦν παροῦσα τυγχάνει, τὸ τηνικαῦτ' ἤδη προςφέρειν δι' ὧν μέλλεις γνώσεσθαι ἠμὲν κακὸν ἠδὲ καὶ ἐσθλόν. νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἄν μοι δοκεῖς δυνηθῆναι.

G. Flor. b. d. Legebatur Οὗτός ἐστιν, ᾧ μ. In Bas. 2. et codd. Ven. Σ. Vind. 2. est: Οὗτός τίς ἐστιν, ᾧ μ. quod Stephano placebat.

Cap. XIV. E. οὕτω καὶ σοὶ δεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. Vulgo σοῦ, quod defendit Buttm. Sed ipsa membrorum concinnitas dativum postulat; praecedit enim τῷ Διομήδει. Dein Bodl. Vat. Ven. Π. Par. G. τὴν ἀχλὺν ἀφελόντα, pro vulg. ἀφελόντα τὴν ἀχλύν.

οὐκ ἄν μοι δοκεῖς δ.] Sic codd. plerique omnes. Soloece vulgo δοκῇς. conf. ad p. 138. C.

Platonis loquendi consuetudine aliena. Paullo aliter p. 143. A. εἴ τι ἐν νῷ ἔχεις πρὸς ταῦτα.

C. ἕτερόν τι προςαποβαλούσῃς] V. ad Criton. p. 54. A. Eodem modo καρποῦσθαι positum Reip. IX. p. 579. C.

Cap. XIV. D. Οὗτος, ᾧ μέλει —] Sic libri optimi pro vulg. Οὗτός ἐστιν, ᾧ μέλει. Edit. Bas. 2. Οὗτός τις, ᾧ μέλει, quod Stephano placebat. Nimirum Socrates semet ipsum significat.

ὥςπερ τῷ Διομήδει —] Respicitur locus Iliad. V, 127 sqq.

ΑΛ. Ἀφαιρείτω, εἴτε βούλεται τὴν ἀχλὺν εἴτε ἄλλο τι, ὡς ἐγὼ παρεσκεύασμαι μηδὲν ἂν φυγεῖν τῶν ὑπ' ἐκείνου προσταττομένων, ὅστις ποτ' ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, εἴ γε μέλλοιμι βελτίων γενέσθαι.

151 *ΣΩ.* Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θαυμαστὴν ὅσην περὶ σὲ προθυμίαν ἔχει.

ΑΛ. Εἰς τότε τοίνυν καὶ τὴν θυσίαν ἀναβάλλεσθαι κράτιστον εἶναί μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ ὀρθῶς γέ σοι δοκεῖ· ἀσφαλέστερον γάρ ἐστιν ἢ παρακινδυνεύειν τοσοῦτον κίνδυνον.

ΑΛ. Ἀλλὰ πῶς, ὦ Σώκρατες; καὶ μὴν τουτονὶ τὸν στέφανον, ἐπειδή μοι δοκεῖς καλῶς ξυμβεβουλευκέναι, σοὶ περιθήσω· τοῖς θεοῖς δὲ καὶ στεφά-

μηδὲν ἂν φυγεῖν] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π*, Par. G. pro vulg. *φεύγειν*.

P. 151. *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος*] *ἐκεῖνος* Bodl. Vat. Ven. *Π*. Par. G.

B. *καλλίνικα σὰ στέφη*] *σά*, quod in codd. deest, cum Buttmanno et Bekkero ex Eurip. Phoeniss. v. 865. adieci.

E. *εἴτε ἄλλο τι*] vel eorum etiam aliquid, quae mihi cara sunt. Nam ita haec sunt intelligenda, si aliquem sensum habitura sint.

P. 151. *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνος θ.*] Videl. sicut tu ipse. Mirum vero quod Alcibiades ne nunc quidem sentit Socratem semet ipsum significare. Adeo stolidum adolescentem Plato certe non erat informaturus.

Ἀλλὰ πῶς, ὦ Σώκρατες; καὶ μὴν — περιθήσω] Ineptissima haec est imitatio loci Symp. p. 212. E. et p. 213. E. Praeterea ipsa verba habent nescio quid scabri et hiulci, quod qua medicina possit leniri equidem nondum video. Interim indicavisse iuvabit Astii coniecturam legendum putantis: — *τοσοῦτον κίνδυνον ἄλλως*. Alcib. *Καὶ μήν, ὦ Σ., τουτονὶ τ. στ. κ. τ. λ.*

B. *ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*] Mira haec loquutio est, et quantum sciam nec apud Platonem nec apud ullum probatae Graecitatis auctorem reperta. Platonem meminimus dicere solere *ἡδέως ἂν δεξαίμην*. Praeterea mihi perpendas velim ipsam sententiam: *καὶ ἄλλο δὲ ἄν τι τῶν παρὰ σοῦ δοθέντων ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον ἐμαυτόν*: et videbis, nihil ea esse ieiunius, imo nihil absurdius. Sed totus hic sermonis exitus talis est, ut vel solus arguat libri auctorem non esse Platonem, sed ineptum aliquem imitatorem. Audias enim postrema Socratis verba. „Quemadmodum Creon apud Euripidem, inquit, quum Tiresiam vatem coronatum conspexisset eumque propter artem suam audivisset de hostibus accepisse primitias, dicit:

νους καὶ τἆλλα πάντα τὰ νομιζόμενα τότε δώσομεν, B
ὅταν ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐλθοῦσαν ἴδω. ἥξει δ' οὐ
διὰ μακροῦ, τούτων θελόντων.

ΣΩ. Ἀλλὰ δέχομαι καὶ τοῦτο, καὶ ἄλλο δὲ ἄν
τι τῶν παρὰ σοῦ δοθέντων ἡδέως ἴδοιμι δεξάμενον
ἐμαυτόν. ὥρπερ δὲ καὶ ὁ Κρέων Εὐριπίδῃ πεποίηται
τὸν Τειρεσίαν ἰδὼν ἔχοντα τὰ στέφη καὶ ἀκούσας
ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀπαρχὰς αὐτὸν εἰληφέναι διὰ τὴν
τέχνην, Οἰωνὸν ἐθέμην, φησί, καλλίνικα * σὰ *. στέ-
φη· ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθα, ὥρπερ οἶσθα σύ· οὕτω C
δὲ κἀγὼ παρὰ σοῦ τὴν δόξαν ταύτην οἰωνὸν τίθε-
μαι. δοκῶ δέ μοι οὐκ ἐν ἐλάττονι κλύδωνι τοῦ Κρέον-
τος εἶναι, καὶ βουλοίμην ἂν καλλίνικος γενέσθαι τῶν
σῶν ἐραστῶν.

C. *ἐν γὰρ κλύδωνι κείμεθα*] Sic Bodl. Vat. Ven. *II.* Par. G. Vulgo *διακείμεθα*. Mox Buttm. haesit in voc. *δόξαν*, atque *δόσιν* legendum suspicatur, comparans Homericum illud, *δόσις ὀλίγη τε φίλη τε*. Sed recte vertit Schleierm. dieses dein Urtheil.

augurium existimo coronas tuas victrices: tempestate enim iactamur, ut nosti; ita ego quoque hoc iudicium tuum augurium existimo. Videor autem mihi non minore quam Creon iactari tempestate, atque velim me amatorum tuorum victorem exsistere!" Nimirum ineptus tenebrio nugis suis tandem splendidum aliquem pannum assuit, sed eum talem, qui Socratem profecto parum deceat. Respexit autem locum Euripidis Phoeniss. 865 sqq.

Von der Bibliotheca Graeca etc. sind bis jetzt nachstehende Bände erschienen und durch alle Buchhandlungen zu den beigesetzten Preisen zu beziehen.

Homeri Iliadis Vol. I. ed. Spitzner. Sect. I. continens libr. I—VI. 20 gr. — Sect. II. continens libr. VII—XII. 1 Thl. 1 gr.

Hesiodi Opera. ed. Goettling. 20 gr.

Pindari Carmina. ed. Dissen. II Vol. 4 Thl. 6 gr.

Aeschyli Tragoediae. ed. Klausen. Vol. I. Sect. I. Agamemnon. 1 Thl. 20 gr.

Sophoclis Tragoediae. ed. Wunder. Vol. I. 2 Thl. 2 gr. (Sect. I. Philoctet. 18 gr. — Sect. II. Oedip. Rex. 12 gr. — Sect. III. Oedip. Colon. 20 gr.)

Euripidis Tragoediae. ed. Pflugk. Vol. I. 1 Thl. 16 gr. (Sect. I. Medea. 10 gr. — Sect. II. Hecuba. 10 gr. — Sect. III. Andromache. 12 gr. — Sect. IV. Heraclidae. 12 gr.) — Vol. II. Sect. I. Helena. 12 gr.

Theocriti Idyllia ed. Dr. E. Fr. Wüstemann. 1 Thl. 18 gr.

Delectum Epigrammatum Graecorum concinnavit Frid. Iacobs. 2 Thl.

Anacreontis Carmina ed. Möbius. 12 gr.

Xenophontis Cyropaedia. ed. Bornemann. 2 Thl. 8 gr.

Platonis Opera. ed. Stallbaum. Vol. I. 2 Thl. 6 gr. (Sect. I. Apolog. Socrat. et Crito una cum Disputatione de Platonis vita, ingenio et scriptis. edit. altera. 18 gr. — Sect. II. Phaedr. 18 gr. — Sect. III. Symposium et Indices. 18 gr.)

Eiusdem Operis Vol. II. 1 Thl. 14 gr. (Sect. I. Gorgias. 20 gr. — Sect. II. Protagoras. 18 gr.)

Eiusdem Operis Vol. III. Politia. 3 Thl. 6 gr.

Eiusdem Operis Vol. IV. 2 Thl. 2 gr. (Sect. I. Phaedrus. 20 gr. — Sect. II. Menexenus, Lysis, Hippias uterque, Io. 1 Thl. 6 gr.)

Isocratis Orationes Selectae. ed. Bremi. 20 gr.

Demosthenis Orationes Selectae. ed. Bremi. Vol. I. 1 Thl. 4 gr. Vol. II. 20 gr.

Lysiae et Aeschinis Orationes Selectae. ed. Bremi. 2 Thl.

Ferner sind in unserm Verlage nachstehende überall rühmlichst bekannte und sehr zu empfehlende Schulbücher erschienen.

Rost, Dr. V. Chr. Fr., Griechisch-deutsches Schulwörterbuch mit durchgängiger Bezeichnung der Quantität zweifelhafter Silben. 3te durchaus vermehrte und veränderte Auflage. 2 Theile. gr. 8. 3 Thl. 12 gr.

Dessen Elementarwörterbuch der griechischen Sprache, hauptsächlich zum Behuf des Auswendiglernens und zur Beförderung eines leicht fasslichen Ueberblicks der griechischen Wortfamilien in etymologischer Folge. gr. 8. 1 Thl. 8 gr.

Wüstemann, Dr. E. S., deutsch-lateinisches Handwörterbuch für Schulen. 2 Bände. gr. 8. 3 Thl.

Gräfenhan, Cr. A., Vorübungen zum Uebersetzen aus dem Deutschen in's Hebräische mit Hinweisungen auf die Grammatiken von Gesenius und Ewald. gr. 8. 16 gr.

Hennings'sche Buchhandlung in Gotha.

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA ET COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

SCRIPTORUM ORAT. PEDESTRIS

VOL. XX. SECT. II.

CONTINENS

PLATONIS CRATYLUM

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXV.

PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. V. SECT. II.

CONTINENS

CRATYLUM.

GOTHAE ET ERFORDIAE

SUMPTIBUS GUIL. HENNINGS.

MDCCCXXXV

ERFORDIAE
TYPIS HENNINGS & HOP
1835.

DE
CRATYLO PLATONIS.

DE

CRATYLO PLATONIS.

De Cratylo Platonis etsi multo certius foret iudicium, si varias sophistarum et grammaticorum illius aetatis de vocabulorum originatione eiusque ad philosophiam usu sententias accurate cognitas haberemus, tamen ne temere hariolari cogamur, ipsa libri indoles facit, ut quae iudicium habeat satis perspicuum, unde quid philosophus in hoc dialogo scribendo secutus sit, intelligamus. Nihil enim aliud egit, quam ut perversas hominum de vocabulorum originibus sententias earumque in philosophia abusum castigaret ostenderetque quum ipsum etymologiae studium a pravis initiis proficisci, quandoquidem vocabula nec uno hominum arbitrio inventa nec sola naturae necessitate imposita essent, tum veri cognitionem non e rerum nominibus, sed ex ipsa earum vi et natura hauriendam esse, ita ut perversae sophistarum et philosophorum etymologiae suam philosophandi rationem verique doctrinam opposuerit. Quum enim duae potissimum illa aetate vigerent de rerum natura opiniones, altera Eleaticorum, qui quidquid re vera esset, id volebant esse perpetuum, constans et immobile; Heracliteorum altera, qui quidquam esse negabant, omnia perpetua agitatione ferri iudicabant; utriusque rationis defensores id egerunt, ut vocabulorum etymologia ad decreta sua confirmanda abuterentur. Maxime tamen Heraclitei sese in hoc campo iactaverunt: id

quod ex ipso Cratyli argumento perspicitur: nam per totum fere sermonem horum potissimum exploditur perversitas. Quanquam nec Eleaticorum amicos ab ista ratione alienos fuisse ex eo suspicari licet, quod et Plato subinde vocabula ex eorum doctrina interpretatur, veluti p. 437., et teste Ammonio Hermia ad Aristot. De Interpret. p. 31 sqq. postea Megarici in eodem genere studiose elaboraverunt. Sed tamen Heraclitei maxime fuerunt et Sophistae eorum rationis tenaces, qui perversa ista etymologiae ratione abuterentur. Quos quidem philosophus hoc libro graviter admonuit longe aliam viam ad verum inveniendum ingrediendam esse, multoque esse consultius ipsarum rerum vim et naturam investigare, quam inani originationum lusu operam perdere.

Quo magis autem appareret, quanta cum vesania boni isti etymologi in exquirenda vocabulorum origine et significatione versarentur, Plato faciendum putavit, ut quam inepta illi comminisci solerent, copiosa exemplorum enumeratione demonstraret. Quo quidem nomine hic liber haud exiguam cum Euthydemo habet similitudinem. Nam in hoc sicuti vanae dialectices eiusque Protagoreae exempla cum proterva irrisione cumulantur, ita in Cratylo ineptae etymologiae specimnia exhibentur, ita quidem, ut haudquaquam dubitare liceat, quin ista omnia ad mentem sophistarum maximeque Protagoreorum ioculari imitatione explicata sint. Ex quo etiam illud diiudicare licebit, de quo vehementer dubitatum est, quid a Platone ludibrii gratia positum sit, quid serio graviterque disputatum. Neque enim dubitari potest, quin quae philosophus in universum contra Hermogenis et Cratyli rationem disputavit et quae extrema sermonis parte de rerum cognitione exposuit non ex nominibus sed ex ipsa rerum vi et natura repetenda, ea ipsius mentem et sententiam aperiant; quae autem ad exornandam illustrandamque etymologorum sophisticorum rationem ex mente Cratyli sunt explicata, ludibrii tantum et irrisionis gratia proferantur. Quod mirum est non esse ab iis animadversum, qui Platonem putaverunt de linguae et vocabulorum origine hoc libro suam sententiam explicare voluisse. Isti enim adeo nihil senserunt irrisionis, ut omnia atque singula pro philosophi decretis venditarint ideoque ei absurdissima quaeque commenta affinxerint. Ita Menagius ad Diogenem Laërt. p. 149. „Platonis, inquit, in Cratylo sunt fere omnia pseudetyma, pace tanti viri

liceat dixisse; sed de his alibi.“ Nec Tiedemannus Argument. Dialogg. Platon. p. 84 sqq. multo rectius iudicat. Irrisionem primi senserunt Garnierius in Memoires de Littérature T. XXXII. p. 190 — 217. et Tennemann. Histor. Philosoph. T. II. p. 340 sqq., qui tamen in alteram partem peccarunt, Platoni nihil serii relinquentes. Sed ut clarius perspiciatur, quodnam Platonis consilium in scribendo hoc libro fuerit, et quomodo sit in eo illustrando versatus, age argumentum operis more nostro exponamus.

Colloquentes inducuntur Hermogenes et Cratylus, qui ubi Socratem advenientem sunt conspicati, statim eum in sermonis advocant societatem. Contenderat autem Cratylus naturalem esse nominum omnium originem eaque de re disseruerat paullo obscurius. Itaque Hermogenes Socratem rogat, ut quid ipsi de hac re videatur, aperire ac declarare velit. Cui hic facete et urbane respondet rem adeo pulcram non esse mirandum tantis obvolutam iacere tenebris, nec vero se habere quid de ea statuat, praesertim quum non pretiosis illis Prodici scholis, pro quibus quinquagenae drachmae solvantur, interfuerit, sed iis tantum usus sit, quae una drachma veneant. Nihilominus se paratum ait esse communi studio cum Hermogene et Cratylo totum hunc locum pervestigare. Quo audito Hermogenes sibi quidem fatetur unice probari sententiam eorum, qui nomina usu et pactione rebus imposita esse statuant, displicere illorum opinionem, qui ea naturalia esse velint. init. — 384. E.

Hanc vero sententiam Socrates in controversiam vocat. Nam primum quidem ita accidere posse ait, ut uni eidemque rei aliud nomen publice, aliud privatim imponatur. Deinde vera iudicia a falsis discerni solere animadvertit, siquidem de rebus omnibus aut ipsarum naturae convenienter iudicemus aut parum accommodate ad eam statuamus, Ex quibus apparere ait iudicia nostra rebus ipsis vel respondere vel non respondere. Iudiciorum autem et enuntiatorum partes quia sint nomina et vocabula, consequens esse, ut haec quoque vera et falsa esse possint. Huc denique accedere etiam illud arbitratur, quod, si nomina usu et consuetudine valeant, unus idemque homo eidem rei varia ac diversa nomina possit tribuere, quae omnia pro rectis habenda sint.

Verum Hermogenes iis argumentis se ne tantillum quidem a sententia sua demoveri patitur, sed pertinaciter nominum originem et usum ab hominum arbitrio atque consuetudine repetendum esse contendit. P. 384. E. — 385. E.

Quoniam vero haec sententia ita comparata est, ut originem nominum arbitrariam, vel, ut cum nostratibus loquar, subiectivam esse sumat, prudenter Socrates ante omnia dispiciendum arbitratur, num vere Protagoras iudicaverit res omnes tales esse, quales cuique appareant, adeoque hominem earum quasi quandam esse mensuram, an illae vi sua per se constare existimandae sint. Et illud quidem manifestum arbitratur, probata Protagorae opinione omne tolli prudentiae et imprudentiae, sapientiae et insipientiae discrimen, quoniam quod cuique videretur, idem etiam pro vero habendum esset. Eadem de causa etiam Euthydemi sententiam arbitratur repudiari oportere, omnia omnibus simul atque similiter convenire statuentis. Nam hoc quoque decreto malorum bonorumque discrimen omne funditus tolli. Quum igitur nec omnibus omnia similiter et simul conveniant, nec singulis singula talia sint, qualia appareant, consequens ait esse, ut res ipsae per se suam sibi habeant propriamque naturam, quae non ex hominum sensu et arbitrio pendeat. P. 385. E. — 386. E.

His ita expositis et ab Hermogene comprobatis Socrates porro ita argumentatur. Si res vi sua constant nec ab hominum sensibus pendent, etiam actiones ad eas spectantes similiter comparatae sint necesse est. Quocirca illae nec ab arbitrio et voluntate nostra suspensae sunt, et suam sibi tuentur vim atque naturam. Inter actiones autem referenda etiam oratio est. Quocirca si quis recte loquuturus est, facere id debet naturae orationis convenienter. Est autem orationi subiecta nominatio, quae et ipsa inter actiones numeratur. Quocirca etiam res nominare debemus, prouti nominationis naturae est consentaneum, ut etiam hac in re omnis exclusa videatur arbitrii temeritas. P. 386. E. — 387. D. — Praeterea nomina sunt quasi quaedam instrumenta, quibus utimur, ut nos invicem de rebus edoceamus et quae inter se diversa sunt, accurate discernamus. Itaque is demum iis recte utetur, qui docendi peritus est. Utitur autem ille nominibus tanquam aliunde acce-

ptis. Sunt enim usu et consuetudine sancita, ut opus alicuius legislatoris esse videantur. Ex quo apparet non cuiusvis esse vocabula effingere et procudere, sed eius potius, qui rei satis peritus sit, quem legislatorem dicimus. P. 387. D. — 388. E. — Iam etiam illud vide, quid legislator in fingendis nominibus sequatur. Etenim sicut omne instrumentum accommodatum esse debet ei rei, cuius usui inserviat, ita etiam nomina sonis ac syllabis suis earum rerum naturae convenient et respondebunt, quae iis significantur. Sunt igitur voces rerum ipsarum quasi quaedam imagines, de quarum recta ratione is demum optime iudicabit, qui rectum nominum usum teneat, h. e. dialecticus. Ex quo perspicuum est non cuiusvis esse vocabula fingere et nomina rebus ponere, sed amplectenda Cratyli sententia est, qui nomina naturalia esse arbitratur ideoque cum demum vult esse idoneum nominum fictorem, qui naturam ducem sequutus rerum proprietates literis atque syllabis callide et prudenter exprimere sciat. P. 388. E. — 390. E.

His explicatis Hermogenes habere se negat, quomodo ea, quae disputata sint, refellat et coarguat. Nec tamen rem sibi iam fatetur esse certam et exploratam, ideoque Socratem rogat, ut in quanam re naturalis ista nominum rectitudo *) posita sit, subtilius exponat. Hic vero istius rei gratia sophistas adeundos esse respondet utpote eius peritissimos; quibus quoniam Hermogenes propter paupertatem suam non possit magnam istam persolvere institutionis mercedem, hoc unum ei faciendum restare, ut Calliam fratrem precibus adeat, ut is quid in his rebus recte, quid falso statuatur, ex Protagorae ratione ab ipso percepta diiudicet. Sed Hermogenes totam Protagorae rationem sibi improbari ait, ideoque ne ea quidem sibi esse placitura, quae ex ea colligantur atque repetantur.

Itaque Socrates ipse ludibundus: ab Homero igitur, inquit, discenda est recta nominum ratio; is enim linguam deorum atque hominum discernit; deos autem certum est naturalem nominum rationem optime perspectam habere. Narrat autem Homerus fluvium Troiae a diis

*) Ut brevitatis et perspicuitatis causa hoc vocabulo utimur, quod bene novimus Iustiniani demum aetate esse frequentatum.

Xanthum, Scamandrium ab hominibus vocatum esse; idemque commemorat avem quandam, quae a diis chalcis appellata sit. Sed haec atque alia id genus fortasse abstrusiora sunt magisque recondita, quam ut a nobis facile possint intelligi. Scamandrii autem et Astyanactis nomen, quod utrumque Hectoris filio datum esse narratur, certe fortasse a nobis indagari poterit. Narrat enim Homerus Hectoris filium a Troianis vocatum esse Astyanacta: ergo idem a mulieribus Scamandrius appellatus est. Iam vero viri mulieribus sunt prudentiores. Itaque rectius ille Astyanax vocatus videtur. Cuius nominis ratio aperta est et manifesta. Quia enim Hector, ipso Homero teste, urbem murosque tutatus est, filium eius regem urbis appellaverunt. Enimvero ipsius Hectoris nomen significat eum, qui urbem tenet ideoque eius est dominus: unde filius eius similiter potuit appellari, quemadmodum leonis et equi pullos item leones et equos solemus appellare, nisi forte monstra nata fuerint. Quo in genere nihil refert, quibus literis atque syllabis utaris, aut utrum literam aliquam addas an demas, modo cuiusque rei natura per nominis formam rationemque significetur. Magna enim hic regnat usus libertas et varietas, ut quum rex etiam ἄγις, dux, πολέμαρχος, imperator, εὐπόλεμος, belliger, ἀκεσίμβροτος, salutifer, appellatur, quae nomina omnia quamvis diversa tamen vi et significatione sua propemodum idem valent. Ergo quidquid secundum naturam ortum generatumque est, idem nomen accipiat necesse est, atque illud, unde habet originem. Quae autem contra naturam gignuntur, a genere, cui accensentur, nominanda sunt. Veluti is, qui patrem habet pium, quum tamen ipse sit impius, non est Timotheus nominandus sed Misotheus: degeneravit enim a parente. Hinc Orestes ab ὀρεινῷ dictus est, h. e. agrestis, propter animi sui duritiem. Item Agamemnon ab ἄγαστος ἐν τῷ μένειν, quia in consiliis semel captis nimium perseverabat. Similis ratio est nominum Atrei, Pelopis, Tantali, aliorum. Quid quod etiam deorum nomina ex hac observatione suam habent explicationem. Nam summus deorum quod modo Ζεὺς modo Δὶς appellatur, utrumque nomen in unum coniunctum numen eius atque vim egregie illustrat: apparet enim eum tanquam vitae auctorem διὰ τὸ ζῆν ita nominatum esse, ut Δὶς a διά, Ζεὺς autem a ζῆν derivatum sit. Porro Κρόνος, cuius filius est Iupiter, dictus est a κόρος, κορεῖν, hoc est a ver-

rendo, quia numen est tersae et purgatae mentis (Besenverstand), unde Iupiter ab eo est generatus. Neque abludit *Οὐρᾶνον* nomen, quod *ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὰ ἄνω* ductum videtur. P. 390. E. — 396. A.

Miratur hic Hermogenes Socratem, qui tanquam sacro quodam furore correptus talia fundat oracula. Cui hic respondet causam rei in eo positam esse, quod mane cum Euthyphrone Prospaltio conversatus sit, qui ipsum spiritu isto tanquam divino afflatu repleverit. Quodsi autem accidat, ut in pervestigandis nominum originibus delinquat, facile se impetraturum, ut proximo die a sacerdote aliquo aut sophista lustretur et expietur. Nunc enim consultum sibi videri institutam de nominibus quaestionem profligare. P. 396. B.

Mittamus igitur, inquit, propria hominum et heroum nomina, ut quorum causae variae et multiplices potuerunt esse. Consideremus potius earum rerum nomina, quae semper constant et immutabilia sunt: nam hoc in genere verisimile est nominum auctores diligentissime versatos esse. Ordiamur igitur a diis. Dicti autem sunt *θεοὶ* a currendo, quod est *θέειν*, propterea quod pristini homines sola sidera per coelum currentia pro diis habuerunt: quorum nomen deinde ad omnes deos translatum est. Sequuntur daemones, qui dicti sunt a *δαῆναι*, sapientem esse, quia quum alii a virtute et sapientia defecissent, hi soli boni et sapientes manserunt. Iam heroes nomen traxerunt ab *εἴρειν*, hoc est a dicendo, ut intelligantur perfecti oratores ac dialectici. (— 398. E.) Simili lusu deinceps pertractantur origines nominum hominis (p. 399. A. — D.), corporis et animi (p. 309. E. — 400. D.), Vestae (p. 401. A. — D.), Croni et Rheae (p. 402. A.), Thetyos (ibid.), Neptuni (p. 402. D. E.), Plutonis (p. 403. A.), Orci (ibid. B.), Cereris, Iunonis, Persephones (— 404. D.), Apollinis (p. 404. E. — 406. A.), Musarum (p. 406. A.), Latonae (ibid. A. B.) Dianae (ibid. B.), Dionysi et Veneris (ibid. C. D.), Minervae (— 407. B.), Vulcani (p. 407. C.), Martis (ibid. D), Mercurii (p. 407. E. — 408. A.), Panis (p. 408. B. — D.), ita quidem, ut violentae literarum permutationes admittantur et Eleaticorum pariter atque Heraclitcorum et Orphicorum ratio habeatur. — A deorum nominibus transgreditur Socrates ad solis, lunae, ignis, aquae, aëris et terrae, anni et tempestatum nomina considerunda, in quibus explorandis ludit similiter (p. 409.

A. — 410. E.). Tum procedit ad nomina virtutum et vitiorum, commodorum et incommodorum, cupiditatum, voluptatum et dolorum illustranda, quo loco Heracliteos facetissime ridet omnia ad eorum rationem deflectens. Nam priscos homines ait, quia in rerum natura exquirenda quasi vertigine fuerint correpti, in eam devenisse opinionem, ut res ipsas perpetuo motu ferri et agitari existimaverint, ob eamque causam iis nomina indidisse motum et agitationem significantia (p. 411. B. C.). Quocirca *φρόνησις* est *φορᾶς νόησις*; *γνώμη* est *γονῆς νώμησις*; *νόησις* idem valet quod *νεύεσις*; *σοφία* ductum est a *σόος*, *σύεσθαι*, *σοῦς* et *ἐπαφή*; *δίκαιον* significat *τὸ διαϊόν*, id quod penetrat, adeoque idem est quod *αἴτιον δι' ὃ γίγνεταί τι*; videlicet vulgo originationem quidem iustitiae afferunt, sed vim eius non declarant; unde accidit, ut iustitiam alius dicat esse solem, ut qui iuste eat, alius ignem omnia permeantem, alius *τὸν νοῦν* Anaxagorae, qui per rerum universitatem diffundatur (p. 413. D.). Iam vero *ἀνδρεία* quasi est *ἀνρεία* h. e. *ἐναντία ῥοή*; *τέχνη* est *ἐχονόη*, siquidem primitivae nominum formae saepenumero literis vel additis vel sublatis haud leviter immutatae sunt; *ἀρετή* est contractum ex *ἀειρετή*, quod fluxit ab *ἀεὶ ῥεῖν*; *αἰσχρὸν* idem valet quod *ἀεισχόῤῥουν*; *ἡδονὴ* est *ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν τείνουσα πρᾶξις* tanquam *ἡ ὀνή*; *λύπη* porro est *διάλυσις ἐν πάθει*; *ἀνία* significat *τὸ ἐμποδίζον τοῦ ἰέναι*; *ὀδύνη τὴν ἔνδυσιν τῆς λύπης*. Sed longum est omnia, quae cum lepidissima Heracliteorum irrisione usque ad p. 421. A. illustrantur, hic enumerare. Hoc unum addere placet, *ἀλήθειαν* explicari per *θείαν ἄλην*, quasi per saltum divinum; *ψεῦδος* derivari ex *εὖδειν*; *ὄν* denique et *οὐσίαν* Heracliteorum rationi accommodate explicari *ἰὸν* et *ἰοῦσαν* (p. 421. B. C.).

Audaciam et insolentiam originationum istarum aliarumque, quas allaturus porro est, Socrates excusat eo, quod multa vocabula vel barbara sint et ab aliis mutuata gentibus, vel vetustate sua detrita vehementerque corrupta. Censet autem nunc quaestionem ita persequendam esse, ut tandem ad prima vocabulorum elementa deveniatur. Itaque nunc ad primitiva vocabula, quae non composita aut ab aliis ducta sint, consideranda accedit, mox etiam ad singulas literas accessurus. De quo loco sic disputat.

Primitivorum vocabulorum eadem ratio sit necesse est, quae derivatorum, quum et ipsa, siquidem nomina futura sint, rerum vim et naturam exprimant et significent. Veruntamen utraque differunt eo, quod quae aliunde ducta sunt, ope primitivorum res indicant, simplicia autem et primitiva alio id modo efficiunt. Qui quidem significandi modus qualis sit, ex his perspici poterit. Si enim lingua et voce carentes res nobis circumdatas vellemus indicare ac declarare, haud dubie manibus, capite, aliisque membris corporis eas demonstraremus, sicuti surdi et muti facere solent. Itaque ea, quae sursum feruntur atque levia sunt, significaturi manus coelum versus tolleremus; inferiora autem et gravia, eas demitteremus, et quae sunt id genus alia signa. Iam vero lingua et ore res significantes quid aliud facimus, quam eas quadam imitatione exprimimus? Est igitur nomen imitamentum rerum voce expressum, quo earum vis et natura declaretur. P. 421, C. — 424, A.

Exprimitur autem rerum vis et natura syllabis atque literarum elementis. Quare primum de his ipsis dicendum erit. Et literarum quidem aliae sunt vocales, aliae mutae consonae, aliae semivocales. Haec literarum genera cum rebus ipsis comparanda sunt, videndumque, quid in his cum illis concordet. Ita enim prudenti variarum literarum temperamento vocabula orientur ipsis rebus congrua et accommodata, ex quibus deinde componetur oratio, quae sit velut pictura quaedam rerum variis coloribus, qui earum naturae conveniant, exornata. Iam etsi difficile est de ipsis vocabulis eorumque formatione iudicium, tamen, quoniam rem ita explicari par est, experiri iuvat, quid efficere et profligare possimus. Nam qui dicunt nomina, quia vel a diis rebus imposita vel a barbaris accepta vel vetustate sua obsoleta sint, non posse commode explicari, ii non reputant, neglecta primitivorum verborum interpretatione, ne derivata quidem recte explicari posse. Quocirca quicunque harum rerum peritus videri cupit, is vel maxime primitiva vocabula debet respicere, nisi temere hallucinari malit. Quibus verbis haud dubie notantur sophistae, qui neglectis linguae elementis derivatorum et compositorum verborum originationem temere ad suum arbitrium tractabant. Itaque ante omnia declaranda est vis singularum literarum, de qua re disputanti mihi si quid ridiculi exciderit, eius rei venia propter argumenti difficultatem facile concedetur. P. 424, A. — 426, B.

Valet autem litera ρ ad motum significandum, ut patet ex linguae eam pronuntiantis vibratione: quocirca ea in vocibus ῥεῖν, τρόμος, κρούειν, aliis motum significantibus, locum habet. Porro iota indicat tenuia et ob tenuitatem suam cetera permeantia, ut in ἰέναι et ἵεσθαι. Vehementiam quandam et stridorem significant σ̄, φ̄, ψ̄, ζ̄, velut in vocibus ψυχρόν, ζέον, σείεσθαι, aliis. Ad quietem et statum significandum accommodatae sunt literae δ̄ et τ̄, in quibus pronuntiandis lingua dentibus quasi innititur. Lenia, liquida, glutinosa apte designantur per λ̄, in quo proferendo lingua leniter quasi labitur. Et sic unaquaeque litera propriam sibi vim et potestatem habet, quae in eius usu diligenter est animadvertenda. P. 426. B — 427. D.

Fatetur Cratylus haec omnia prorsus ad mentem suam explicata esse, sive quia Socrates ab Euthyphrone sacro quodam furore instinctus sit, sive quod alia Musa ei numine suo affuerit. Qui locus clarissime docet ista omnia a Socrate non ex sua mente, sed ad rationem aliorum accommodate ludibrii gratia esse exposita. Nam vel ea, quae vere recteque animadversa sunt, haud dubie inserviunt irrisioni. Accepto autem Cratyli responso Socrates hanc sententiam subtilissime impugnare et refutare instituit.

Nomina, inquit, rebus posita sunt, ut de earum natura edoceamur: est igitur ars quaedam nominum recte inveniendorum. Quod etsi Cratylus concedit, tamen nomina alia aliis magis rebus accommodata esse negat, quoniam quaecunque vere sint rerum nomina, ea etiam rebus propria sint; cetera autem ne nomina quidem esse contendit, sed inanes voces atque sonos. Nam vocabula quia rerum naturam imitentur et quasi imagine aliqua exprimant, nullum nomen perperam tribui cuiquam rei posse, ita ut omnis exclusa sit attributionis fraus atque error. Cui respondet Socrates: Ergone tu etiam censes neminem mentiri posse et errare? Quod ubi Cratylus, Protagorae haud dubie secutus rationem, haud cunctanter affirmavit, Socrates hanc sententiam erroris coarguere instituit. Verba, inquit, sunt rerum picturae quaedam: iam vero sicut accidere potest, ut quis viri imaginem pro imagine feminae habeat et vicissim, ita etiam nomen, quod huiusce rei vim ex-

primit, per errorem alii rei tribui potest, ut manifestum sit etiam in nominum usu fraudi locum esse. Ex quo consequitur, ut alia nomina recte, alia perperam rebus tribui existimanda sint, atque adeo alia aliis esse meliora. P. 427. E. — 431. E. Acute quidem Cratylus ad haec respondet nomen, quod aliter scriptum sit atque debeat, plane aliud evadere atque adeo non esse nomen eius rei, quam significare debeat. Verum non minus acute Socrates istud quidem ait in numeros cadere, qui demta vel addita unitate protenus vim suam amittant; sed imaginum aliam esse rationem, quae, etiamsi non sint omni ex parte similes, tamen imagines maneant, quum, quae sibi plane sint similia, bina fiant, ita ut, si Cratyli nomen eius naturam prorsus repraesentaret, non unus Cratylus, sed duo exstituri essent. Iam vero nomen si ei rei, quam significat, simile est, etiam elementa, ex quibus primitiva vocabula sunt composita, rebus similia sint prorsus necesse est. Age igitur, ad hanc normam verborum usum exigamus. Posuimus igitur antea literam $\bar{\rho}$ id, quod asperum est, literam $\overline{\lambda}$ vero laevia et mollia indicare. Atqui in vocabulo σκληρότης interpositam cernimus literam $\bar{\lambda}$, id quod asperitatis et duritiei naturae adversatur: idem in fine habet literam $\bar{\sigma}$, quae certe nihil valet ad asperitatem indicandam, quum potius Eretriensium dialecto dicendum fuerit σκληρότηρ. Apparet igitur certissime hoc vocabulum rei per ipsum declaratae vim et naturam haudquaquam exprimere. Quum autem quid hoc nomen significet, nemo quisquam ignoret, consuetudinem et usum in nominibus aliquid valere non licet dubitare. Ita igitur nunc vicissim Cratyli sententia ad Hermogenis rationem revocatur, quemadmodum antea Hermogenes eo adductus erat, ut ad Cratyli discederet sententiam. Quo ipso Plato non obscure suam ipsius significavit sententiam. Statuit enim philosophus utramque rationem aliquid veri habere, ideoque non divelli sed potius coniungi in unum oportere. P. 427. D — 435. C.

His exploratis Socrates ad alium Cratyli errorem castigandum aggreditur. Is enim censuerat nomina non modo indicare, quid ipsorum inventoribus de rerum natura visum esset, sed etiam ipsam rerum vim naturamque patefacere, ita ut qui illa novisset, etiam harum rationem omnem intelligeret. Quocirca iis voluerat etiam

rerum fluxum agitationemque significari. Contra hanc igitur sententiam Socrates haec disputat. Qui rebus posuit nomina, inquit, is hoc unice agens, quod ipsi fuit propositum, rerum vim naturamque non diligenter observavit: nec profecto magni momenti est, quod dicitur nomina pleraque omnia ad idem tendere videri, hoc est, rerum vicissitudinem motumque indicare: id enim per errorem ita accidere potuit. Ad hoc accedit, quod plurima etiam reperiuntur vocabula, quae non motum sed quietem rerum significant. Veluti scientiae, ἐπιστήμης, nomen aperte a standi verbo formatum est. Ex quo concludere licebit nominum auctorem haudquaqaum in ea fuisse sententia, ut omnia fluere existimaret. Sed quod longe gravissimum est, premitur haec sententia insigni difficultate. Nam si statuimus a nominibus perveniri ad ipsarum rerum cognitionem, sponte consequitur primum vocabulorum auctorem, quia nondum habebat nomina ideoque res sine illis cognoscere non poterat, non scientem sed ignorantem nomina rebus imposuisse. P. 435. C. — 438. B.

In angustias compulsus Cratylus nunc eo confugit, ut nomina dicat a numine hominibus praestantiore, sive deo sive daemone aliquo, rebus tributa esse. Id quod colligi licere ait ex vocabulorum cum rebus convenientia, quae humanum superet ingenium *). Sed hanc convenientiam tantam esse Socrates non concedit. Multa vocabula, inquit, a motu, multa etiam a quiete originem suam invenerunt. Ex quo consequitur, quod tamen credere nefas est, deum istum sive daemonem pugnantia statuisse, siquidem his vocabulis omnia et fluere et non fluere declaravit. P. 438. B — D.

Iam quum incertum sit, inquit Socrates, utrius generis nomina sese recte habeant, tantum abest, ut ea

*) Mirum est profecto, fuisse, qui opinionem de divina linguarum origine Platoni affingerent. v. *Rud. Wilh. Zobel* Gedanken über die verschiedenen Meinungen der Gelehrten vom Ursprunge der Sprache. Magdeburg 1773. 8. et *Geo. Lor. Bauer* Einleitung in die Schriften des A. T. p. 16. al. Sed nimirum philosophi et theologi quae saepe in scriptis veterum vident, ea ne in mentem quidem venire possunt iis, qui liberi sunt praeiudicatis opinionibus.

ad rectam rerum cognitionem aliquid conferant, ut haec unice ex mutua earum coniunctione et ipsarum natura haurienda videatur. Certe quidem haec cognitio est multo praestabilior ea, quae ex vocabulorum umbris et imaginibus hauritur. Huc accedit, quod vocabula ista motum rerum significantia errorem prodere videntur, siquidem res non perpetua fluctuatione agitantur, sed est aliquod bonum, pulcrum, honestum per se consistens nec ulli mutationis vicissitudini subiectum. Videlicet pulcrum ipsum si semper flueret, ne nominari quidem posset, quod dum nominaremus, protenus evaderet aliud. Quid quod in ista rerum agitatione nec cognitio ulla locum haberet: nam ipsam cognitionem necesse esset perpetuo mutari ideoque transire in ipsius contrarium. Sed illa sane magna ac difficilis quaestio est, utrum res per se consistant firmae et immutabiles, an secundum Heraclitum perpetuo flumine agitentur, quam in praesenti missam faciamus. Illud autem certissime est hominis parum considerati, animum suum vocabulorum umbris et imaginibus erudiendum committere, adeoque iis confidentem certo contendere et affirmare, nihil quidquam certi ac firmi in rebus inesse, sed omnia fluere atque agitari. P. 438. E. — 440. C.

Haec posteaquam ita exposuit Socrates, Cratylum cohortatur, ut missa superstitiosa credulitate ipse omnia diligenter exploret explorataque aliquando secum communicet. Hic vero etsi hoc ita a se factum iri pollicetur, tamen sese ait in his rebus non adeo esse hospitem et imperitum, ut Heracliteae rationis praestantiam non sentiat. Itaque Socrates ab eo petit, ut rure reversus illam sibi ostendat et demonstret. Quibus dictis colloquium finitur. P. 440. D — E.

Satis confirmatum putamus hac dialogi enarratione, quod antea de scriptoris in eo elaborando consilio paucis verbis significavimus. Docuit enim philosophus, si quid iudicare possum, nomina rerum nec unice arbitraria esse nec tantummodo naturalia, mirificeque hallucinari eos, qui posteriorem potissimum secuti sententiam ex vocabulorum originatione, praesertim adeo temere tractata, rerum cognitionem hauriendam statuant, ut quae unice ex immutabili constantique illarum natura ducenda sit.

Iam vero quinam fuerint philosophi isti atque etymologi, qui in Cratylo ridentur et exploduntur, vulgo

parum exploratum habetur. Nam Prodicus etsi a Socrate in principio sermonis memoratur, tamen eius studia maximam certe partem non ad etymologiam, sed ad synonymiam vocabulorum pertinuerunt. v. Spengel. Artium Scriptorr. p. 46 — 59. coll Protagor. p. 207 sqq. Quocirca verisimile non est hunc potissimum a Platone esse reprehensum et castigatum. Iniicitur autem a Socrate viri mentio propterea, nisi fallor, quod is et Hermogenem iustituerat et vulgo in rebus grammaticis ipsius magister habebatur. Quocirca callidissimus sapientiae suae dissimulator, ne quid in his rebus sapere videatur, se ne Prodici quidem scholis pretiosioribus interfuisse dicit, sed viliore tantum eius institutione usum esse. Nec vero Hippias Eleus in hoc libro carpi et notari videtur. Nam primum quidem hic ne verbo quidem significatur; deinde, etsi de singulis vocabulis disseruit, tamen, si quid ex Platonis verbis Hipp. mai. p. 285. B. colligere licet, leges numerorum potius quam vocabulorum origines pervestigavit. Antisthenem respici Schleiermacheri fuit sententia. Quae si vera esset, profecto mirabile videri deberet, quod tam multa commemorantur, quae in Socraticum istum haudquaquam conveniunt. Quid quod nec studia viri grammatica eiusmodi fuerunt, ut a Platone ista ratione perstringi potuerint. Verissime enim Classenius De Primordiis Grammaticae Graecae p. 29 sq. eum observavit in uno dialectico et rhetorico linguae usu exquirendo versatum esse. Verum, ut dicam, quid sentiam, recte Vidit Fr. Astius De vita et Scriptis Platon. p. 267 sq. exagitari hoc libro sophistas Heracliti doctrinae de perpetuo rerum fluxu adstipulantes. Isti autem non alii profecto fuerunt quam Protagorae amici ac discipuli. Cui sententiae nihil officit quod scripsit Classenius p. 29 sqq. Abderitam in Orthoepeia sua non videri singula vocabula rimatum esse, sed unice de recta dicendi ratione, quatenus ea ex grammatica penderet, disseruisse. Nam locum istum de origine et vi vocabulorum naturali sophista non in illo opere tractavit, id quod praeteriit etiam Heindorfium et Schleiermacherum ad p. 391. C., sed illustravit potius in libro *περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ὀρθότητος*, qui partem efficiebat operis *Ἀληθείας* nomine inscripti. De qua re vide quae scripsimus in commentariis ad p. 391. C., qui locus huic sententiae gravissime patrocinatur. Iam si quaeras, quid

tandem Protagoras ipse de nominum ortu censuerit, fateor una coniectura nitendum esse, ut de hac re aliquid eruatur. Neque tamen res ita est difficilis et impedita, ut prorsus in tenebris oberrandum sit. Nam primum quidem ex universa viri doctrina quid de etymologia senserit, probabiliter colligere licet. Deinde ex ipso Cratylo res confirmari et illustrari potest. Constat enim Abderitam probavisse sententiam ab Heraclito acceptam, qua omnia perpetuo flumine agitari statuebatur, cum eaque consociavisse alteram, ex qua hominem volebat esse rerum omnium mensuram. Quum igitur et fluere omnia existimaret et sensus nostros arbitraretur se ad hanc rerum mutationem ita accommodare, ut semper et ubique cum illis convenirent, de quo argumento vide Theaet. p. 151. E. — 160. E., fieri profecto non potuit, quin etiam nomina rerum talia iudicaret esse, qualia a quoque sensu et intelligentia perciperentur, hoc est naturalia. Atque hoc ita a nobis recte coniici plures Cratyli loci non obscure testantur. Nam primum quidem ita perspicitur, cur Hermogenes, qui nomina omnia volebat usu et pactione nata, tanto cum contemtu de Protagorae Veritate loquatur. In qua si sophista arbitrariam vocabulorum originem defendisset, interlocutor haud dubie de illo opere aliter fuit iudicaturus. Deinde ex hac ipsa re etiam illud clarum est et perspicuum, cur p. 391. A. Hermogenes a Socrate iubeatur Calliam fratrem adire, ut secundum Protagorae rationem de naturali vocabulorum origine edoceatur. Enimvero Calliam constat quum aliis sophistis tum maxime Protagorae fuisse deditum; de qua re legendus est Protagor. p. 311. A. Quod autem de dialectica Abderitae factum esse novimus, ut eius discipuli eam immoderate usurparent et ad omnis generis tricas et argutias traducerent, de qua re in Prolegomenis ad Euthydemum explicabimus; idem etiam etymologiae principiis, quae posuerat, evenit, quandoquidem ex ipso Cratylo intelligimus et cognoscimus mox inter eius amicos exstitisse qui inepte haec studia persequentes non e verbis et nominibus mentis humanae notiones elicere et illustrare, sed in verba et nomina sua ipsi decreta transferre et sic ea probare et confirmare niterentur. Qui quidem homines a Platone hoc libro facetissima irrisione exagitantur atque perstringuntur, quandoquidem plurimis ineptae etymologiae exemplis allatis docetur, quam illi

perverse istam artem suam exercere solcant. Qua in re prae ceteris diligenter notandum est illud, quod originationes vocabulorum ab Homeri auctoritate repetitae adeo copiose perstringuntur. Nam hoc ipsum insigni est documento Protagoreos esse qui in Cratylo rideantur. Constat enim ex Theaeteto p. 179. E. et p. 152. E. Protagorae discipulos, quo maiorem rationi suae conciliarent fidem et auctoritatem, etiam Homerum statuisse in ea fuisse sententia, ut omnia fluere perpetuo et agitari existimaret. Quapropter illi ibidem a Platone appellantur Homerei. Quid igitur? qui ita sentiebant, eosne putabimus etiam hoc egisse, ut verborum Homericorum interpretatione ad tuendam sententiam suam abuterentur? Imo vero hoc ita est verisimile, ut ultra verisimilitudinis terminos longissime excurrat et pro certo exploratoque habendum videatur.

Ita igitur quantum fieri potuit exquisivisse videmur, quinam isti homines fuerint, quos Plato hoc libro acerbissimo sale perfricandos statuit. Sequitur, ut dicendum sit de interlocutoribus, qui cum Socrate de vocabulorum originatione eiusque in philosophia usu disserentes inducuntur. Quae quidem quaestio eo gravioris momenti est, quod antiqua est fama et ad nostram usque memoriam pervagata, Platonem utroque et Hermogene et Cratylo magistro in philosophia usum esse. Nam Cratylo eum primam Heracliteae sapientiae notitiam acceptam retulisse scribunt Aristoteles Metaphys. I. 6. Apuleius De Dogm. Plat. p. 2. ed. Elm. Diogenes Laert. III. 6. Olympiodorus Vit. Plat. p. 79. ed. Fischer. et Anonymus in Heerenii Bibliotheca antiq. Art. et Literat. Part. V. p. 13., ex quibus Aristoteles et Apuleius eum narrant iam antequam Socratis uteretur institutione cum illo conversatum esse, ceteri id aliquanto post accidisse volunt. Hermogeni autem, quem Proclus p. 5. ed. Boisson. vocat *Σωκρατικόν*, debuisse eum Eleaticae rationis cognitionem auctor est Diogenes Laert. III. 6. Quocirca diligenter est explorandum, quid veri hac narratione contineatur, et quae Platoni cum his hominibus necessitudo intercesserit. Nam mirum profecto accidit, quod eosdem, quibus magistris usus esse fertur, ita in hoc opere induxit loquentes, ut alterum argute refutaverit, alterum etiam faceta et ioculari imitatione riserit et exploserit.

Et Hermogenem quidem quod unus Diogenes perhibet Platonis magistrum fuisse ceteris scriptoribus de ea re tacentibus ad unum omnibus, id profecto per se valde suspectum est. Quis enim sibi persuadeat Aristotelem et Apuleium iniecta Cratyli mentione nihil ea de re memoriae fuisse prodituros? Multum autem augetur erroris vel fraudis suspicio, ubi, quale hominis ingenium in Cratylo informetur, diligenter perpenderis. Namque tantum abest, ut ille Eleaticae doctrinae insigniter peritus aut studiosus videatur, ut nihil profiteatur nisi hoc, se aliquando item ad Protagorae rationem delatum esse, nunc tamen eam sibi vehementer improbari. v. p. 386. A. Praeterea homo neque ingenio neque doctrina est conspicuus, ut philosophiam vix primoribus labris attigisse existimandus sit. Denique tam nobili loco fuit natus, ut haudquaquam sit verisimile eum unquam partes magistri philosophiae in se suscepisse. Fuit enim ex gente nobilissima Hipponicorum et Calliarum oriundus, sicuti docebit annotatio ad p. 384. A. Etsi igitur rei familiaris premebatur angustiis, a Callia fratre, ut videtur, patrimonio suo privatus, de qua re v. p. 391. C, tamen non eo inopiae redactus esse videtur, ut magistri munus ipsi suscipiendum fuerit. Imo ego si quid video, ipse pro more illius aetatis sophistis operam dedit, ut bene liberaliterque eruditus haberetur. Quoniam autem a Protagorae ratione abhorrebat, non assentiebatur eorum opinioni, qui nomina omnia vellent esse naturalia, sed potius contrariam defendebat sententiam, nescio cuius sophistae auctoritatem secutus. Fieri tamen potest, id quod iam antea significavi, ut hac de re Prodici amplexus iudicium sit. Id quod ex eo suspicari licet, quod Socrates ei roganti, ut ipsum velit suo adiuvare consilio, respondet se non pretiosioribus scholis Prodici interfuisse, sed viliori tantum pretio eum audivisse disserentem. Nam ita ille eadem opera et suam ipsius sapientiam callide celat, et Hermogenem facete pungit, ut qui ex sophistae institutione, quid de re controversa iudicari oporteat, perdiscere potuerit. Sed hoc utcunque se habet, illud quidem certum esse arbitramur, eum a Platone in hoc libro ideo maxime cum Cratylo disputantem induci, quia contrariam atque hic de vocabulorum origine sententiam defendebat eumque coque familiaritatis et amicitiae necessitudine coniunctus vivebat. v. Cratyl. extr. Quod igitur Diogenes eum narrat olim

Platonis magistrum fuisse, id his omnibus, quae de eo retulimus, satis certo redarguitur, ut haudquaquam dubitem assentiri Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 20. et Groenio van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 225. totam rem temere fictam et mentitam iudicantibus. Nempe quisquis apud Diogenem auctor est verborum: *Ἑρμογένει τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι* et particulae *τε* post *Κρατύλῳ* positae, inseruit ea homo longe ineptissimus, qui quum Cratylum fuisse Platonis magistrum legisset, memor Hermogenis, qui una cum illo in hoc libro loquens inductus esset, protenus huius quoque nomen allevit, ut ne philosophus unius Heracliti doctrina imbutus esse videretur. Haec de Hermogene. Pergimus ad Cratylum, cuius nomine hic dialogus inscriptus est.

Negavit autem Fr. Astius p. 19., cui assentitur Socherus De Scriptis Platonis p. 162. hunc Cratylum esse eundem, qui Platoni primus Heracliteae sapientiae notitiam impertiisse narratur, propterea quod philosophus non fuisset commissurus, ut eum, quocum ipsi tanta intercessisset amicitia, tam male haberet turpiterque laederet. De qua re mihi fateor longe secus videri. Nam primum quidem de duobus Cratylis nihil usquam memoriae proditum legimus, nec Aristoteles aut Apuleius aliquid adiiciunt, unde magister philosophi ab altero dignoscatur. Quod tamen verisimile est eos facturos fuisse, quum hic ipse liber Cratyli nomine inscriptus iis ignotus esse non potuerit. Deinde quum hic ipse, cuius mores et ingenium in hoc sermone adumbrantur, Heracliteae vel potius Protagoreae doctrinae addictus sit, per se longe est verisimillimum eum esse eundem, qui Platonem adolescentem Heracliteorum decretorum notitia instruxerit, nisi forte existimare volueris alium etiam eumque multo celebriorem eiusdem nominis philosophum vixisse, qui in hoc sermone sic potuerit sine ulla generis et morum notatione loquens induci. Huc accedit denique, quod apud Aristotelem ne verbum quidem legitur de amicitia, quae inter Cratylum et Platonem intercesserit. Scribit enim Stagirites haec: *ἐκ νέου γὰρ συγγενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ ταῖς Ἡρακλειτείαις δόξαις ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε.* Itaque hoc tantum ille nar-

rat, Platonem Cratylo *συγγενέσθαι*, hoc est eius usum esse institutione et disciplina: ex quo cavendum est ne protenus interiorem quandam amicitiam et familiaritatem inter utrumque locum habuisse colligamus. Quid vero, si Plato postea hominis institutionem non magni fecerit, ipsumque propter pertinaciam et vanitatem contemserit, fierine tum potuit, ut eum tanquam insanientis sapientiae amatorem cum risu et cavillatione traduceret? Atque hoc ita factum esse nobis Cratyli imaginem in cognomine libro propositam intuentibus haudquaquam dubium videtur. Est enim Cratylus adeo deditus Heracliteorum rationi, ut quidquid a Socrate ineptarum etymologiarum in medium affertur, id statim assensu suo comprobet, modo rerum fluxum et inconstantiam arguere videatur. Praeterea adeo est commentorum suorum tenax, ut nusquam de sententia sua decedat, id quod neminem praeteribit illa, quae inde a p. 427. E. disseruntur, attente perlegentem. Quid quod extremo dialogo, posteaquam Socrates Heracliti de fluctuatione rerum doctrinae opposuit suam vel potius Platonicam de ideis sententiam, sibi ait illius rationem ita probari, ut de eius praestantia nec nunc dubitet nec fortasse unquam sit dubitaturus. Denique homo adeo hebetis et obtusi ingenii est, ut quae a Socrate proponuntur vocabulorum originationes, eas irrisionis et ludibrii gratia in medium afferri haudquaquam sentiat, imo illas Euthyphroni vati aut alii cuidam Heracliteo acceptas referri summa cum temeritate credat. Talis igitur quum homo describatur, equidem non miror, quod Plato eum habuit ludibrio, etsi olim eius institutione et familiaritate usus erat. Videlicet hominis ingenium adeo fuit pingue, ut qui esset animo et mente erectiore, is eius amicitia oblectari non admodum potuerit. Jam vero si quaeras, cur Plato faciendum putaverit, ut ei potissimum interlocutoris partes in hoc libro demandaret, quem omnes novissent ipsi primum Heracliti doctrinam tradidisse, habeo sane quod respondeam. Etenim fuit hic liber, nisi fallor, omnium primus, in quo philosophus, quantum a ratione Heracliteorum et Protagoreorum recederet, palam declaravit. Quocirca eleganti iudicio rem sic instituit, ut Cratylum, primum, quo usus erat, in Heracliti doctrina magistrum, loquentem introduceret eique per Socratem significari iuberet, quantum ipsius de rerum vi et natura iudicium a decretis Heracliteorum discreparet.

Sed de hac re mox videbimus. Veniamus nunc ad Euthyphronem, cui se sapientiam suam acceptam referre Socrates non uno loco profitetur *). Non videtur autem dubitari recte posse, quin hic idem sit, quem ex dialogo cognomine cognitum habemus. Narratur illic vatis functus esse munere atque sibi ipse accuratissimam rerum divinarum cognitionem arrogavisse. v. p. 4. Adeo autem concitato pectore oracula sua fundere solebat, ut audientibus et insanire videretur et saepenumero excitaret risum. v. p 3. B. C. Quocirca mirandum non est, quod etiam in deorum appellationibus interpretandis plurimum studii posuit, isto scilicet modo suam rerum divinarum scientiam quantum fieri posset amplificaturus. Iam quod in edendis oraculis facere solebat, ut magna cum pectoris concitatione loqueretur, idem etiam secutus est in explicandis nominum rationibus: id quod clarissime intelligitur ex locis Cratyli p. 396. C. D. p. 399. A. E. p. 408. A. p. 409. D. Videtur autem ei cum Cratylo hoc intercessisse necessitudinis, quod et ipse Heracliteorum rationi plane erat deditus. Atque hinc facile intelligitur, cur Socrates Cratylum delusurus sese simulet Euthyphroni ea debere omnia, quae de vi et origine vocabulorum non improbante Cratylo explicaverit. Enimvero festiva hac et ioculari vatis imitatione simul etiam Cratylum et reliquos Heracliteos, qui simili curiositate in vocibus explicandis elaboravissent, rideri atque exagitari manifestum arbitramur.

Atque haec quidem de personis dialogi deque irrisione Heracliteorum, in quorum perversitate exagitanda maxima pars libri occupata est. Nec vero existimare licet Platonem hoc unum egisse, ut istos homines carperet et traduceret. Imo cum hac ineptorum sophistarum rrisione et castigatione prudentissime copulavit aliarum quarundam rerum tractationem, quae vel illa aetate in disceptationem multorum venissent vel ad suam ipsius philosophandi rationem spectarent.

Videtur enim quaestio fuisse multorum celebrata disputationibus **), nomina rerum utrum natura, φύσει,

*) V. ad p. 391. C.

**) Gellius N. A. X. 4. Nomina verbaque non positu fortuito, sed quadam vi et ratione naturae facta

an hominum arbitrio et usu, *νόμῳ*, orta essent *). Quam etsi philosophus hoc libro non de industria tractavit, siquidem ea usus est ita, ut inde occasionem ridendorum sophistarum captaret, tamen quid ipse senserit, haud obscuris indiciis prodidit. Nam ex eo, quod Hermogenis sententiam usque ad p. 390. E. ita refutat, ut eam ad Cratyli traducat opinionem, vicissim autem inde a. p. 427. E. Cratyli rationem convellit sic, ut eam ad Hermogenis sententiam revocare studeat, non obscure intelligitur ipsum in ea fuisse sententia, ut utrique rationi aliquid veri subesse indicaverit. Quod iudicium nemo dubitabit quin longissime anteponendum sit Aristotelis sententiae, postea etiam Sexto Empirico Hypotyp. II. 18. adv. Mathem. p. 247. probatae, qui quidem De Interpret. c. 2. cum Hermogene statuit *οὐ φύσει εἶναι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ κατὰ συνθήκην.* Nec plus Stoici profecerunt, qui contrariam defenderunt sententiam. v. Cicero De finib. II. 14. Potter. ad Clem. Alexandr. p. 405. Fabricius ad Sext. Empir. II. 18. §. 214. p. 115. coll. Michaëler De origine linguae p. 21 sqq. 36 sqq. **). Quanquam fatendum est multo subtilius hanc rem excussam esse a recentioribus, Condillaco, Russavio, Brossio, Herdero, Tiedemanno, Sulzero, quorum scripta perspicua brevitate recensuit Dorsch. in libro bonae frugis: Philo-

---

esse P. Nigidius docet, rem sane in philosophiae dissertationibus celebrem: quaeri enim solitum apud philosophos, *φύσει τὰ ὀνόματα* sint an *θέσει*.

*) Omnino hoc principiorum discrimen tum temporis multum celebratum est a sophistis, qui virtutis quoque et honestatis rationes quaesiverunt utrum *φύσει* an *νόμῳ* constarent. v. Protagor. p. 337. D. Gorg. p. 484. B. De Rep. I. in. et ibi not. Atque huc pertinet etiam nobilissima illa quaestio, virtus utrum doceri possit et exercitatione comparari, necne: de qua v. Menon. et Protagoram.

**) Proclus p. 6. *Ὅτι τῆς Κρατύλου δόξης γέγονε Πυθαγόρας, καὶ Ἐπίκουρος* (v. Gassendi Epicur. T. I. p. 362. coll. Fabric. ad Sext. Emp. Hypot. II. 18.); *Δημόκριτός τε* (leg. *δ'*) *καὶ Ἀριστοτέλης τῆς Ἑρμογένους.* conf. Gale ad Iambl. Myst. p. 292.). Quae unde hauserit, ignoramus. De Pythagora vide quae congessit Davisius ad Cicer. Tuscul. I. 25. ubi inter alia Theodotus: *Πυθαγόρας ἠξίου μὴ μόνον λογιώτατον, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτατον ἡγεῖσθαι τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν.* Idem alii perhibent: nemo, quod sciam, idem memoriae prodidit, quod Proclus, cuius fides admodum suspecta est.

sophische Geschichte der Sprache u. Schrift. Mainz. 1791. 8. Nimirum hi demum intellexerunt prima maxime linguarum initia ad imitationem naturae solere accommodata esse; notionum autem abstrusiorum signa magis esse diversa et arbitraria, quoniam eae cum rerum externarum natura varia ratione comparari queant. Omnino autem Plato verissime iudicavit per linguae rationes sicuti per artis opera usus tum necessitatem tum libertatem dominari. Quocirca totam hanc causam eo usque profligavisse existimandus est, ut posteris seculis nihil fere, quod gravioris momenti esset, excutiendum reliquerit.

Nihilominus autem hoc argumentum non id est, quod philosophus praeter perversae etymologiae irrisionem praecipuo studio hoc in libro tractaverit. Nam ego si quid video, illud potius egit quam maxime, ut rerum cognitionem non ex umbris vocabulorum, sed ex ipsa earum vi et natura hauriendam esse doceret. In qua re veluti summa totius operis continetur. Etenim Heraclitei et fortasse etiam alii illius aetatis philosophi quum etymologia ita abusi essent, ut sua ipsorum opinionum commenta exinde confirmarent, faciendum philosophus iudicavit, ut non modo illorum rationem rideret et convelleret, sed etiam suam ipsius de ideis doctrinam eorum decretis opponeret eaque ratione demonstraret, solam esse dialecticam eamque recte informatam, qua ad veritatis cognitionem perveniretur. Quocirca dialogo extremo doctrinam de ideis opinionibus Heracliteorum e regione collocavit. Quanquam illam neutiquam iam pro certa et explorata venditavit, sed cum somnio aliquo comparavit. Veruntamen illud certissime iudicavit esse temerarium, si quis vocabulis plus quam ipsi rerum veritati tribueret.

Superest, ut quaerendum sit, quo tempore hic liber literis consignatus sit atque in lucem editus. Cuius rei indicia paucissima eaque non omni ex parte satis certa in eo reperiuntur. Nam ex p. 385. E. etsi intelligimus scriptum eum esse post Protagorae obitum, tamen annus, ante quem scriptus existimari debeat, non potest aeque certo definiri. Mortuus autem Protagoras videtur anno ante Chr. 410. sex fere annis ante finem belli Poloponnesiaci, siquidem verisimilis est ratio Freretii in libro: Memoires de l'Académ. des In-

script. T. 47. p. 277 sqq. et Geelii Histor. Sophistar. p. 70., quam certe aliorum iudiciis longissime anteponimus. Ex quo consequens est, ut liber, sicuti Euthydemus, post Olymp. XCII, 3. scriptus existimari debeat. Aliud etiam temporis indicium est p. 420. B. et 426. C., ubi longae vocales *H* et *Ω* memorantur, quas constat Olymp. XCIV, 2. sub Euclidis magistratu publica auctoritate receptas esse. Quanquam ego huic indicio non tam multum tribuam, quam viri docti voluerunt. Nam per se sanequam probabile est literarum illarum usum privatim quidem iam aliquanto ante Athenis viguisse, quam publice sanciretur atque ad monumenta publica traduceretur. De qua re vide quae prudenter monuit A. Matthiae Gr. Ampl. T. I. p. 22. annot. Fieri autem potest, ut illa ipsa harum literarum receptio ansam dederit disputationibus de elementorum et vocabulorum origine studiosius quam antea agitandis. Quod si ita accidit, Plato fortasse hac opportunitate usus eodem tempore hunc librum literis exaravit. Nec profecto haec sententia aliis iisque satis probabilibus destituitur rationibus, siquidem ipso libri argumento non mediocriter confirmatur. Nam quod Cratylus, qui Platonem adolescentem in Heracliteis decretis instituerat, in hoc libro ita inducitur, ut ipsius sententiae Platonica doctrina de ideis sive de rerum vi et natura per se constanter opponatur, admodum est verisimile philosophum nostrum tum temporis primum palam significavisse, quantam post Socratis institutionem discessionem faceret ab eorum opinionibus, qui nihil certo manere et constare, omnia perpetuo flumine agitari arbitrarentur, atque ob hanc ipsam causam pristino magistro interlocutoris partes attribuisse. Etenim Socrates quum studiose in eo elaboraret, ut notiones rimandis singulis earum formis et partibus et invenirentur et inventae illustrarentur, Plato cognita Eleatarum de ente doctrina sensim ac pedetentim eo adductus est, ut mentis illis notitiis vim quandam et *οὐσίαν* per se constantem subesse crederet. Quod quidem iam ante Socratis obitum ita accidisse non temere suspiceris. v. Prolegomm. ad Plat. T. I. P. I. p. IX sqq. Quocirca in hoc sermone et in Euthydemo fortasse prima eaque certiora reperiuntur idearum doctrinae vestigia, qualem philosophus postea temporis plenius accuratiusque informavit. Nam in Euthydemo etiam eiusmodi vestigia exstant p.

301., de quo loco in Prolegomenis ad hunc dialogum explicabimus. Atque huc etiam illud, opinor, referendum est, quod Socrates in colloquii exitu sese ait somniare de ideis, hoc est eas veluti divinare: quod certe in adolescentem philosophum, qui nondum certa iecisset rationis suae fundamenta, egregie convenit. Eodem fortasse pertinet, quod Socrates se nunc quidem quaerere nolle profitetur, utrum Heracliti de perpetua rerum fluctuatione sententia an idearum doctrina sit praestabilior, sed hoc unum affirmat et contendit, temere agere eos omnes, qui ex vocabulorum origine atque vi rerum ipsarum naturam cognosci posse arbitrentur. Huc aliud quid accedit, quod coniecturam nostram vel maxime confirmare videtur. Negari enim non potest dialogos Euthydemi, Cratyli et Protagorae nomine inscriptos ad Protagoram eiusque discipulos coarguendos et refutandos pertinere. Nam in Euthydemo perversa Protagoreorum dialectica, qua ad argutas captiones et laqueos abutebantur, iuvenili propemodum petulantia perstringitur: in Cratylo facetissime exploditur inepta ista ratio, qua iidem illi ad veri cognitionem pervenire et ex vocabulorum originibus sua ipsorum decreta confirmare conabantur: in Protagora denique id agitur, ut eorum virtutis disciplinam nullam esse magna orationis copia et elegantia doceatur. Quid igitur? haeccine opera tanta argumenti similitudine et cognatione inter se coniuncta magno temporum intervallo disiuncta fuisse existimabimus? Mihi quidem, fateor, ea semper visa sunt ita inter se copulata esse, ut nec scriptio eorum in diversa tempora incidere existimanda sit. Iam vero Euthydemum verisimiliter videmur coniecisse Olymp. XCIV. in. esse literis consignatum. Protagorae autem annum tertium vel quartum eiusdem Olympiadis assignavimus. Quae si non temere statuimus, Cratylum probabile est media Olymp. XCIV. non multo ante Protagoram in lucem publicam prodiisse. Quanquam si quis certiora de hac re in medium attulerit, argumentis facile concedam. Parum vero probabilia videntur, quae Schleiermacherus atque Astius de hac re commentati sunt. Ille enim quod Cratylum scriptum esse censet proxime post Euthydemum atque Theaetetum, quibus libris tanquam cumulus accesserit, id ita est comparatum, ut argumento Theaeteti accurate considerato nemini placere possit. Neque enim quae in Theaeteto disputata sunt per argu-

mentum Cratyli supplentur aut amplificantur, sed vicissim quod postrema huius dialogi parte significatum est, id in Theaeteto magnam partem exponitur fuseque illustratur. Ex quo consequens esse putamus, ut Theaetetum post Cratylum demum scriptum esse statuere nos oporteat. Non magis probabilis Astii ratio est, qui huic libro in scriptorum Platonicorum serie, quam constituit, locum suum assignavit post Theaetetum, Sophistam, Politicum et Parmenidem, eumque cohaerere suspicatus est cum dialogis quibusdam nobis ignotis ac deperditis, in quibus philosophus inchoatam de linguae origine et natura disputationem profligaverit. At enim vero neque aliunde constat Platonem hunc locum in alio opere tractavisse, nec ulla ei cum Sophista, Politico et Parmenide intercedit vel argumenti vel propositi et consilii necessitudo, nec alia denique deprehenduntur signa, ex quibus eum post illa demum opera compositum esse verisimiliter suspiceris. Imo omnia suadent, ut eum a Platone scriptum existimemus, quo tempore iactis primis idearum doctrinae fundamentis Heracliteos et Protagoreos redarguere et confutare constituisset. Nam iuvenilis propemodum, sicuti in Euthydemo et Hippia maiore, in eo regnat protervitas et petulantia, ut comoediae sit similior quam dialogo in philosophiae decretis illustrandis occupato; idearum doctrina etsi Heracliteorum opinionibus opponitur, tamen commemoratur sic, ut philosophus se de ea postea temporis accuratius expositurum esse significet; nulla dum vestigia Pythagoricorum placitorum accuratius cognitorum reperiuntur, quae quam sint in Parmenide aliisque libris frequentia, suo tempore demonstrabimus; nam qui locus huc referri unus potest p. 405. C., is nihil attingit praeter illam coelestium corporum harmoniam, quae certe Athenis dudum in vulgus nota fuit *); quid quod ne Megaricorum quidem usquam habetur ratio, quos tamen in his quaestionibus tractandis versatos esse non temere coniicias. Haec igitur atque alia id genus plura nobis quidem certo videntur esse documento, Cratyli scriptionem in id

*) Res sanequam est notabilis, quum Pythagoreos de vocabulorum origine disputationes agitavisse certum sit atque exploratum; v. Davis. ad Tusc. I. 25. Quodsi igitur Plato quo tempore Cratylum scripsit, iam habuisset accuratiorem doctrinae Pythagoreae notitiam, vix eam fuisset neglecturus.

fere tempus incidisse, quod paullo ante significavimus. Quanquam tenendum est haec argumenta et ad verisimilitudinem tantum aliquam efficiendam pertinere et ita demum vim suam atque robur accipere, si non separata sed in unum coniuncta spectentur. Quod si reputavisset doctus iuvenis Iosephus Müllerus Actor. Philolog. Monacens. T. IV. Fasc. I. a 1829. edit. p. 83 sqq. fallor, aut multo felicius hanc rem tractavisset, quam parum felici successu ab eo pervestigatam esse nemo diffitebitur.

Ceterum cum hac nostra disputatione conferri utiliter poterunt quae disputarunt Schleiermacherus Opp. Platon. Vol. II. P. II. p. 3 — 22. Astius in Commentar. Societ. Philol. Lips. a Beckio editis Vol. III. P. I. p. 19 — 28. et De Vita et Scriptis Plat. p. 251 sqq. Ioseph. Socher. De Scriptis Plat. p. 162 — 167. Heusdius Init. Philosoph. Platon. Vol. II. Part. III. p. 194 — 98. Ioannes Classen. De Primordiis Grammaticae Graecae p. 36 — 42., quibus omnibus, quantumvis ab eorum ratione discedendum fuerit, hoc tamen debemus, quod eorum studiis effectum est, ut rem sanequam difficilem quam fieri potuit diligentissime examinaverimus ac fortasse non prorsus infeliciter tractaverimus.

EDITIONES.

Cratyli peculiares novimus duas, alteram Fischeri, quae prodiit a. 1770. 8. etiam Theaetetum complectens; alteram Heindorfii, cuius in Praefatione ad Euthydemum fecimus mentionem. Praeterea nobis utilia fuerunt quattuordecim Fischeri programmata inde ab anno 1791 usque ad a. 1798. in lucem edita, quibus senex doctissimus, sex priores libri sectiones pertractavit, ita tamen, ut quum tironum utilitati vellet prospicere, plerumque res facillimas sermone ad taedium usque copioso illustraverit. Nonnihil utilitatis attulerunt etiam Excerpta ex Procli Scholiis in Cratylum Platonis. ex codd. edita ab I. Fr. Boissonade. Lips. et Lugd. Bat. 1820. 8. *)

*) Hic errorem quendam notare placet, quem admiserunt editores Bipontini T. III. p. VII. qui Maximi Tyrii scholia

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (*Γ*). Vat. (*Δ*). n. 225. Vat. l et m. 895. et 896. Veneti *ΑΞΠΣ*. Vindob. *Y*. Par. BCEFGHI et *X*, quo tamen Bekkerus in Elencho p. X. solum Phaedonem contineri narrat. Florentini a. b. c. d. i. Gudianus (quem ad rem adhibuit Heindorf.), Zittaviensis. et Darmstad. fragment. Inter eos primas tenent Bodleianus. Vaticanus *Δ*. Coislin. Venet. *Π*., secundas Paris. G. numero 1813. in catalogo signatus, Gudian. Darmst. Flor. d. Zittav.

---

in Cratylum narrant exstitisse in Biblioth. vet. Palat. eamque in rem memorant Catal. Mss. Graec. n. 386. in Monum. piet. et lit. p. 722. secuti, ut videtur, Harlessium ad Bibliothec. Graec. Vol. III. p. 17. At vero Sylburgium novimus in Catalogo nihil narrare, nisi in illo codice, quo Scholia in Platonis Cratylum, Procli nimirum, contineantur, etiam Tyrii Orationes XLI. comprehendi. En habes erroris fontem.

ΚΡΑΤΥΛΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ, ΚΡΑΤΥΛΟΣ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Cap. I. *ΕΡΜ. Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει τῷδε* 383
ἀναχοινώσωμεν τὸν λόγον;

V. 383. *Βούλει οὖν —*] Gud. οὖν om., quod melius servatur. Dein Vat. *A.* Ven. *ΕΣ.* Vindob. Gud. Zitt. Par. C., marg. B., et a pr. m. Flor. a. c. d. *ἀναχοινωσώμεθα*, quod dedit Bekkerus. Nos vulgatum tenere maluimus. v. Annotat.

P. 383. *Βούλει οὖν καὶ Σ.*] Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 274. dialogum censet initio mutilum esse. Quod viri docti iudicium vereor ut quisquam sit pro vero habiturus, qui Platonem meminerit saepenumero legentium animos statim in medias res rapere solere. Simillimum Philebi initium est: *Ὅρα δή, ὦ Πρώταρχε, τίνα λόγον μέλλεις παρὰ Φιλήβου δέχεσθαι νυνί*: unde hoc *οὖν* rectissimo iudicio defendit Heindorfius. Nec inepte contendas initium Symposii, Menonis, et aliorum quorundam sermonum, in quibus similem animadvertere licet rationem. Deinde *ἀναχοινοῦν τινί τι*, communicare cum aliquo aliquid, dicuntur qui aliquid ad aliquem referunt eius sententiam audituri, ideoque aliquid ad deliberandum et iudicandum proponunt. Narrant autem Grammatici veteres Atticos verbo activo usos esse pro medio, ita tamen, ut nec hoc abstinuerint. Suidas: *Ἀναχοινώσασθαι καὶ ἀναχοινῶσαι ἄμφω λέγουσι. Ξενοφῶν δὲ καὶ ἀνεξυνοῦτο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς.* Herodianus ap. Pierson. ad Moerid. p. 434. *Κοινῶσαι λέγουσι μᾶλλον, οὐχὶ κοινώσασθαι.* Quae observatio neutiquam labefactatur Moeridis iudicio ita scribentis: *Ἀναχοινῶσαι, Ἀττικῶς, ὡς Θουκυδίδης· ἀναχοίνωσον τοῖς φίλοις· ἀναχοινώσασθαι, Ἑλληνικῶς.* Fallor enim, aut grammaticus nihil aliud voluit significare, quam medium verbum omnibus Graecis commune esse ideoque ne Atticis quidem eripiendum. Certe quidem Plato media verbi forma usus est Lachet. p. 178. B. p. 179. E. Protagor. p. 237. A. al. Sed idem activum posuit Legg. XI. p. 913. B, quod cur etiam hic tenendum censeamus, codicum momenta vel levi-

ΚΡ. Εἴ σοι δοκεῖ.

ΕΡΜ. Κρατύλος φησὶν ὅδε, ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ὀρθότητα εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκυῖαν, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα, ὃ ἄν τινες, ξυνθέμενοι καλεῖν, καλῶσι, τῆς αὐτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλὰ ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων
B *πεφυκέναι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασιν. ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, [εἰ] αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα, ἢ οὔ· ὁ δὲ ὁμολογεῖ [αὖ-*

ὃ ἄν τινες ξυνθ.] ὅ τι ἄν τινες vulgo, consentientibus Par. EF.

τῆς αὐτῶν φωνῆς] V. *αὐτῶν*, quod Fischerus et Heindorfius ex Ald. Bas. 1. 2. cod. Bodl. Gud. Zitt. Flor. b. d. i. mutarunt in *αὐτῶν*.

B. [*εἰ*] *αὐτῷ Κρατ.*] Coisl. ὅτι pro *εἰ*. Post *αὐτῷ* Bodl. Vat. Gud. Zitt. Flor. d. Ven. *ΞΠΣ*. Vind. *πότερον* inserunt. In Par. G. est *πρότερον*. Dein verba *ἐστὶν, ἢ οὔ* desunt in Coisl. Ven. *Λ*. Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. d. i. Darmst. Videtur igitur *διττογραφία* olim exstitisse, ut altera lectio esset *εἰ αὐτῷ Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομα· ὃ δὲ ὁμολογεῖ κ. τ. λ.*, altera autem: *ἐρωτῶ οὖν αὐτὸν ἐγώ, αὐτῷ πότερον Κρατύλος τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστιν ἢ οὔ· ὁ δὲ ὁμολογεῖ*. Ex quibus recepi posteriorem utpote optimorum librorum auctoritate confirmatam. Dein verba

ter ponderantibus non erit obscurum.

ὃ ἄν τινες —] et non hoc esse nomen, quod quidam usurpent, inter quos de eo usurpando convenerit, linguae suae particulam pronuntiantes, sed rectam quandam nominum rationem natura esse, et Graecis et barbaris, eandem omnino omnibus. Enimvero Hermogenes in ea erat opinione, ut nomina rerum arbitraria esse crederet. v. cap. 2. Contrarium Cratylus statuebat, qui eadem volebat esse naturalia. *Καλεῖν ὄνομα*, ut Lat. nomen appellare pro usurpare, frequentius est et usitatius, quam ut exemplorum enumeratione illustrandum sit; quae si quis desiderat, is adeat Heindorfium. Verbum *ἐπιφθέγγεσθαι* eodem modo positum Phileb. p. 18. D. *μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών*. Sophist. p. 257. C. Respexit hunc locum Eusebius Praep. Evang. 11, 6. p. 515. ed. Col. fieri posse existimans, ut Plato nomine barbarorum solos Hebraeos significaverit, quandoquidem in aliis aliorum barbarorum linguis talis nominum cura non animadvertatur. Quod posuisse est explosisse.

B. *αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι*] Haec per errorem orta esse vel praegressum illud *τῇ ἀληθείᾳ*, h. e. *ἀληθῶς*, evincit, ut quod in hac verborum repetitione non potuerit commode praetermitti. Ceterum etiam Herodt. 8, 67. ita dixit *τῇ ἀληθηΐῃ*, et So-

τῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι]. *Τί δὲ Σωκράτει; ἔφην ἐγώ. Σωκράτης, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πᾶσιν, ὅπερ καλοῦμεν ὄνομα ἕκαστον, τοῦτ' ἔστιν ἑκάστῳ ὄνομα; Ὁ δέ, Οὔκουν σοί γε, ἦ δ' ὅς, ὄνομα Ἑρμογένης, οὐδὲ ἂν πάντες καλῶσιν ἄνθρωποι. Καὶ ἐμοῦ ἐρωτῶντος καὶ προθυμουμένου εἰδέναι, ὅ τί ποτε λέγει, οὔτε ἀποσαφεῖ οὐδέν,* 384 *εἰρωνεύεταί τε πρός με, προσποιούμενός τι αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ διανοεῖσθαι ὡς εἰδὼς περὶ αὐτοῦ, ὃ εἰ βού-*

αὐτῷ γε τοῦτο ὄνομα εἶναι videntur ex glossemate orta esse, atque desunt in edit. Bas. 2. Ficino, Bodl. Ven. *ΠΛ.* Coisl. Par. BCEFHX. Vat. l. m. Flor. a. i. In Bodl. et Ven. *Π.* tamen margini adscripta leguntur. Flor. b. c. habent *ὁ δὲ ὁμολογεῖ αὐτῷ*, reliquis omissis.

Τί δὲ Σωκράτει] *δαὶ* Vat. et pauci alii, cum vett. editt. Dein *ἐγὼ* post *ἔφην* om. Coisl. Ven. *Λ.* Par. BEFHIO. Vat. l. m. Flor. a. b. c. i. Darmst.

καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις] In Ald. Bas. 1. Steph. et paucis codd. mss. *ἀνθρώποις* deest, cuius omissionem peperit scripturae compendium *ανοις*.

P. 384. *εἰρωνεύεταί τε πρός με]* Heindorf. correxit *πρὸς ἐμέ*. sed v. ad Protagor. p. 335. A. Gorg. p. 489. E. Lysid. p. 211. A.

phocles ap. Clem. Alex. Protrept. p. 48. B. et Strom. 5. p. 603. B. ed. Colon. *ταῖς ἀληθείαισι*, quos comparavit Fischer.

Τί δὲ Σωκράτει;] int. *τῇ ἀληθείᾳ ὄνομά ἐστι Σωκράτης*. Nam ita omissis verbis insiticiis haec explenda sunt. — *ὅπερ καλοῦμεν ἕκαστον* est: quo quemque appellamus. Cavendum est enim, ne *ἕκαστον* et *ἑκάστῳ* neutro genere accipiatur, quod utrumque pertinet ad *ἄνθρωπον*. Formula *καλεῖν τινα ὄνομα*, de aliquo nomen usurpare, aliquem nomine appellare, reperitur infra p. 400. D. *περὶ ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ ἑαυτοὺς καλοῦσιν*. Xenoph. Mem. II. 211. *τοὺς τί ποιοῦντας τὸ ὄνομα τοῦτο καλοῦσιν;* Id. Oecon. 7, 3. *καλοῦσί με τοῦτο τὸ ὄνομα*. Etiam dativus personae vel rei formulae additur, sicuti infra p. 385. D. p. 419. C. E. Politic. p. 279. E. al. Nec infrequens est *καλεῖν τι ἐπί τινι*, quod legitur infra p. 433. E. et sexcentis aliis locis. conf. Matthiae Gr. G. 420. 2. b. — *τοῦτ' ἔστι*, i. e. *τοῦτ' ὄντως ἔστιν*.

Οὔκουν σοί γε — ὄνομα Ἑρμογένης] Negabat Cratylus facete in amicum ullo modo Hermogenis nomen convenire. Hermogenes enim neque disertus fuit aut facundus, ut ipse ait p. 408. B., neque dives et opulentus, sicut ex p. 384. C. perspicitur. conf. p. 407. E sqq.

P. 384. *οὔτε ἀποσαφεῖ — εἰρ. τε]* Ita post *οὔτε* non

λοιτο σαφῶς εἰπεῖν, ποιήσειεν ἂν καὶ ἐμὲ ὁμολογεῖν καὶ λέγειν ἅπερ αὐτὸς λέγει. εἰ οὖν πῃ ἔχεις συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. μᾶλλον δὲ αὐτῷ σοι ὅπῃ δοκεῖ περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, ἔτι ἂν ἥδιον πυθοίμην, εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν.

ΣΩ. Ὦ παῖ Ἱππονίκου Ἑρμόγενες, παλαιὰ παροιμία, ὅτι χαλεπὰ τὰ καλά· ἔστιν ὅπῃ ἔχει μαθεῖν· καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ἤδη ἀκηκόη παρὰ

B. ἤδη ἀκηκόη] Bodl. et a pr. m. Coisl. ἀκηκόει. unde emergit Atticum ἀκηκόη, a Bekkero in locum vulgati ἀκηκόειν suffectum.

οὐδὲν ἂν ἐκώλυε] V. ἐκώλυσε, quod iam Heindorfius e Gud.

raro in altero membro τε inferri ad Protag. p. 309. B. Menex. p. 239. C. al. observavimus. — ἀποσαφεῖ, i. e. σαφῶς λέγει.

συμβαλεῖν τὴν Κρατύλου μαντείαν] Cratylus enim sententiam suam non aperte et clare, sed tecte et obscure indicaverat, cuiusmodi oratione vaticinantes uti solent. Quocirca μαντεία est sententia obscure prodita tecteque significata, apteque additur συμβαλεῖν, coniicere. Fortasse simul respicitur eo, quod Cratylus Euthyphroni vati his in rebus multum tribuebat.

Ὦ παῖ Ἱππονίκου —] „Est hic in notissima illa gente Hipponicus alter, Calliae II. filius. conf. Thucyd. III. 91. Athen. V. p. 218. Plutarch. Alcib. p. 195. Andocid. Orat. IV. p. 296.“ *Heindorf.* Plura de his rebus dabit Boeckhius De Oeconom. Athen. T. II. p. 15 sqq., quo loco doctissime de gente Calliarum exposuit. De proverbio, χαλεπὰ τὰ καλά, v. praeter Schol. ad h. l. De Rep. IV. p. 435. C. VI. p. 497. D. Hipp. mai. p. 304. E. Ad Solonem auctorem illud referunt Hesychius s. v. Χαλεπά. Zenobius Paroem. 6, 38. Phavorinus, alii.

B. οὐ σμικρὸν τ.] h. e. non facile. Euthydem. p. 275. D. ἅτε μεγάλου ὄντος τοῦ ἐρωτήματος. Phaedon. p. 62. B. ὃ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος — μέγας τέ τις ἐμοὶ φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν.

παρὰ Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπ.] Lepide simul et sophistae iactantiam cavillatur, qui se profitebatur τῇ πεντηκονταδράχμῳ ἐπιδείξει tantum posse efficere, et suam ipsius tangit paupertatem, quae ipsum prohibuerit, quominus scholis Prodici pretiosioribus ideoque scilicet utilioribus interesse potuerit, ut profecto totus hic locus suavissimae et urbanissimae irrisionis lepore perfusus sit. Non absurde Proclus p. 10. Ὅτι εἰρωνευόμενος νῦν ὁ Σωκράτης διαβάλλει τὸν σοφιστὴν Πρόδικον. ἐκ γὰρ τῆς δραχμιαίας, ὡς ἔοικεν, ἐπιδείξεως

Προδίκου τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν, ἣν ἀκούσαντι ὑπάρχει περὶ τοῦτο πεπαιδεῦσθαι, ὡς φησιν ἐκεῖνος, οὐδὲν ἂν ἐκώλυέ σε αὐτίκα μάλα εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· νῦν δὲ οὐκ ἀκήκοα, ἀλλὰ τὴν δραχμιαίαν· οὔκουν οἶδα, πῇ ποτὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν τοιούτων, συζητεῖν μέντοι ἑτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ. ὅτι δὲ οὔ φησί σοι Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι τῇ ἀληθείᾳ, ὥσπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν· οἴεται γὰρ ἴσως σε χρη- C

mutavit, consentientibus Vat. Coisl. Ven. Ξ. Par. BCEFGHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. Dein Darmst. et Par. G. *δραχμαίαν*.

C. *οὔ φησί σοι*] *φήσει* Vat. Flor. d. et pr. Rodl. cum Ven. *A.* errore. Mox Zitt. Ven. *II. σκώπτει*. Gud. Flor. a. c. Par. CH. al. *σκοπεῖν*, utrumque vitiose.

κατέγνω καὶ τὴν πεντηκοντάδραχμον ἀπαιδευσίαν οὖσαν. De Socratis cum Prodico familiaritate et consuetudine nobilissimi sunt loci Protagor. p. 341. A. Charmid. p. 163. D. Docuisse sophistam ita, ut pro argumentorum vel etiam audientium diversitate diversam exegerit institutionis mercedem, narrat etiam scriptor Axiochi c. 6., qui eum ait modo drachmae dimidium, modo binas, modo quaternas drachmas a singulis discipulis accepisse. Hoc igitur loco discimus Prodicum inter alia etiam *περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος* scholas habuisse, quarum pretium esset quinquaginta drachmarum, h. e. circiter undecim thalerorum, et quod excurrit: idque etiam Aristot. Rhetor. III. 14. Scholiast. ad Aristoph. Nubb. v. 360. et Suidas s. v. *Πρόδικος* testimonio suo confirmant. Socratis paupertatem autem in vulgus notam multumque exaggeratam fuisse certissime constat e Xenoph. Oecon. II. 3., cum quo loco contendas Plat. Apolog. p. 23. B. Quocirca ipse hoc loco eius non sine urbanitate quadam mentionem iniecit.

C. *σοὶ Ἑρμογένη ὄνομα εἶναι*] Latini dicunt Est tibi nomen Hermogenes, Hermogenis et Hermogeni: Graecis, quod sane mireris, non fuit tanta hoc in genere concessa libertas, qui in hac formula genitivi atque dativi usu prorsus abstinuisse reperiuntur. v. Heindorf. ad h. l. et ad Theaet. p. 150. A. Matthiae Gr. §. 308. Ex quo perspicuum est, cur vulgatum Ἑρμογένει tolerari non possit.

ὥσπερ ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν] Fallitur Heindorfius haec interpretans: *propemodum* suspicor. Neque enim *ὥσπερ* usquam sic usurpatum reperitur, ut sit propemodum; id quod nec exempla a viro docto huc allata evincunt, in quibus omnibus vocula ut Lat. quasi inservit mitigandae comparationis audaciae vel insolentiae. Longius etiam Heusdius a vero aberravit, qui Specim. Crit. p. 79. legendum censuit: *ὥσπερ λέγεις, ὑποπτεύω*

μάτων ἐφιέμενον κτήσεως ἀποτυγχάνειν ἑκάστοτε. ἀλλ', ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰδέναι μὲν τὰ τοιαῦτα καλεπόν, εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας χρὴ σκοπεῖν, εἴτε ὡς σὺ λέγεις ἔχει, εἴτε ὡς Κρατύλος.

Cap. II. *ΕΡΜ.* Καὶ μὴν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, πολλάκις δὴ καὶ τούτῳ διαλεχθεὶς καὶ ἄλλοις πολ-
D λοῖς, οὐ δύναμαι πεισθῆναι, ὡς ἄλλη τις ὀρθότης ὀνόματος ἢ ξυνθήκη καὶ ὁμολογία. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ,

D. ὡς ἄλλη τις ὀρθότης] Sic Bodl. Vat. *A*, Coisl. Ven. *AΣ*. Vindob. Par. BCEFGHIX. Vat. 1. Gud. Zitt. Darmst. Flor. a. b. c. i. Vulgo ὡς ἄλλη τίς ἐστιν ὀρθότης.

τοῦτο εἶναι τὸ ὀρθόν] καὶ vulgo post εἶναι interpositum delevi auctoritate codd. Bodl. Ven. *ΞΠΣ*. Vind. Par. G. Gud. Flor. d. Zitt. Certe ordo hic debuerat esse: τοῦτο καὶ εἶναι τὸ ὀρθόν, quod requirebat Heindorfius.

οὐδὲν — ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου] Haec in Ald. Bas. 1. Steph. sic scripta leguntur: οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατιθὲν τοῦ πρότερον κειμένου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα. οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ. Sed ed. Bas. 2. cum Bodl. Vat. *A*. Ven. *ΞΠΣΥ*. Par. G. Flor. b. i. Zitt. Darmst. οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου· οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ. Et sic edere non dubitavimus.

αὐτόν σκ. Enimvero dicta haec sunt frequentissima loquendi forma pro: ὥσπερ ὑποπτεύω, σκώπτει, vel, omisso ὥσπερ, pro ὑποπτεύω αὐτὸν σκώπτειν. Plurima id genus exempla congessi ad Phaedr. p. 270. E., quibus perlustratis omnis de hoc loco sublata erit dubitatio. Eodem modo interpretandus est locus p. 399. D. ὥσπερ τοίνυν μοι δοκεῖ τούτοις ἕξῆς εἶναί τι χρῆμα, ubi rursus erravit Heindorfius.

σὲ χρημάτων ἐφιέμενον —] Groen van Prinsterer Prosograph. Plat. p. 224. „Incertum est, inquit, quo casu ad egestatem filius sit redactus opulentissimi Hipponici: hominum fraude fortasse, a quorum malitia multum se queritur perpessum Cratyl. p. p. 386. A. B., unde etiam praeter deos sibi nullos superesse amicos dicit apud Xenoph. Symp. III. 14. IV. 47 — 50. At rei familiaris angustiae, in quibus frater versabatur, profecto Calliae non fuerunt honori: quorsum pertinent verba Socratis Cratyl. p. 391. C." conf. Xenoph. Mem. II. 10, 3. IV. 8, 4. ibique Schneiderum.

εἰς τὸ κοινὸν δὲ καταθέντας —] Similiter Phileb. p. 14. B. τὴν τοίνυν διαφορότητα, ὦ Πρώταρχε, τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ τ' ἐμοῦ καὶ τοῦ σοῦ μὴ ἀποκρυπτόμενοι, κατατιθέντες δὲ εἰς τὸ μέσον τολμῶμεν κ. τ. λ.

D. ἕτερον μεταθῆται] et si rursus quidem hoc commutet cum alio neque illud amplius usurpet. Nam μετατίθεσθαί τι ἕτερον est facta mutatione aliud quid ponere, quemadmodum μετα-

ὅ τι ἂν τίς τῳ θῆται ὄνομα, τοῦτο εἶναι τὸ ὀρθόν· καὶ ἂν αὖθίς γε ἕτερον μεταθῆται, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι καλῇ, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν [τοῦ προτέρου], ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ πρότερον κειμένου· οὐ γὰρ φύσει ἑκάστῳ πεφυκέναι ὄνομα οὐδὲν οὐδενί, ἀλλὰ νόμῳ καὶ ἔθει τῶν

Sed prius illud τοῦ *προτέρου* quum et per se suspectum sit neque legatur in Gud., uncis seclusimus. Flor. d. habet: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς μετατιθέμεθα, οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου κειμένου· οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ.* Flor. c. praebet: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου· ὥσπερ τοῖς* — sed eadem manus in marg. *οὐδὲν ἧττον εἶναι ὀρθὸν τοῦτ' εἶναι τὸ μετατεθὲν τοῦ προτέρου κειμένου.* Cornarius ex cod. Hassensten. legendum putabat: *οὐδὲν ἧττον τὸ ὕστερον ὀρθῶς ἔχειν τοῦ προτέρου, ὥσπερ τοῖς οἰκ.* verbis: *οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν τὸ μετατεθὲν τοῦ προτέρου κειμένου* tanquam glossemate reiectis. Et inclusit ea unicinis I. Bekkerus. Heindorfius priore *τοῦ προτέρου κειμένου* deleto omnia recte se habere arbitratur. Beckius primitus scriptum fuisse censet: *οὐδὲν ἧττον τοῦτ' ἔχειν ὀρθῶς, τὸ μετατεθέν, ὥσπερ — μετατιθ. οὐ γὰρ φύσει κ. τ. λ.* reliqua esse interpretum additamenta.

βάλλειν quoque usurpari ad Phaedr. p. 241. A. ostendimus.

οὐδὲν ἧττον τοῦτ' εἶναι ὀρθὸν — τοῦ πρότερον κειμένου] Haec Cornarius tanquam ineptum glossema abiicienda censuit. In quo miror ei assentiri I. Bekkerum, qui uncis adhibitis et ipse suam de iis prodidit animi suspicionem, quum tamen Heindorfius verborum rationem optime dilucidavisset. Nimirum nemo, opinor, in his offenderet, si scriptum legeretur: *ὥσπερ γὰρ τοῖς οἰκέταις ἡμεῖς κ. τ. λ.* Sed tantum abest, ut coniunctio aliqua requiratur, ut ea constanti fere loquendi consuetudine omissa sit. v. ad Gorg. p. 448. E. Remp. VIII. p. 557. C., qui locus etiam eo nomine huic simillimus est, quod eadem iteratur sententia. *Οἰκέται* omnino quidem sunt domestici. Sed ea fuit Graecorum humanitas, ut isto vocabulo etiam appellarent servos, quemadmodum Romanos novimus iis familiae et familiarium nomen imposuisse. v. Athenaeus VI. 19. Pollux III. 82. Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 5. Eustath. ad Iliad. ε'. p. 566. 12. Odyss. p. 1425. 5. ed. Rom. Seneca Epist. 47. Macrob. Saturn. I, 9. Aptissime hoc nomine usus est Plato Sympos. p. 210. D., ubi non assentior Hommelio *ὥσπερ ὁ ἰκέτης* corrigenti. Iam vero quum nomina servorum varia essent atque ducta ex variis causis et opportunitatibus, fieri sane poterat, ut illi pro arbitrio dominorum modo hoc modo alio insignirentur, quemadmodum apud nostrates, qui ab alio Frie-

ἐθισάντων τε καὶ καλούντων. εἰ δέ πῃ ἄλλῃ ἔχει,
E ἕτοιμος ἔγωγε καὶ μανθάνειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον
παρὰ Κρατύλου, ἀλλὰ καὶ παρ' ἄλλου ὁτουοῦν.

385 ΣΩ. Ἴσως μέντοι τι λέγεις, ὦ Ἑρμόγενες: σκε-
ψώμεθα δέ. ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον, τοῦθ' ἑκά-
στῳ ὄνομα;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

ΣΩ. Καὶ ἐὰν ἰδιώτης καλῇ, καὶ ἐὰν πόλις;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Τί οὖν, ἐὰν ἐγὼ καλῶ ὁτιοῦν τῶν ὄντων,
οἷον ὃ νῦν καλοῦμεν ἄνθρωπον, ἐὰν ἐγὼ τοῦτο ἵπ-
πον προσαγορεύω, ὃ δὲ νῦν ἵππον, ἄνθρωπον, ἔσται

E. ὃ ἂν θῇ καλεῖν] φῇς Coisl. Ven. *A.* Par. IX. Vat. l. m. Flor. b. i. Steph. φῇ. Recte plerique omnes cum Bodl. θῇ. v. ann. Dein vulgo τοῦτ' ἔστιν. Sed ἔστιν om. Coisl. Ven. *AΞ.* Par. BCEFHIX. Vat. l. m. Flor. a. b. c. d., quod, etsi optimi tenent, tamen quia ceteri tanto consensu abiiciunt, ex glossemate ortum putamus.

drich vocatur, apud alium Iohann audit. Mores Graecorum hoc in genere descripsit Hemsterhusius ad Lucian. Tim. §. 22. T. I. p. 102 sq. ed. Graev. Ceterum lepidum est quod narrat Ammonius Hermias ad Aristot. De Interpret. p. 31 sqq. Diodorum Cronum, ut nomina arbitraria esse evinceret, servis suis particularum imposuisse nomina, ut unum conclusivae nomine Ἀλλὰ μὴν appellaret, alios aliis.

ἕτοιμος ἔγωγε] sc. εἰμί. v. ad Lachet. p. 180. A. Addito verbo supra p. 384. B. συζητεῖν μέντοι ἕτοιμός εἰμι καὶ σοὶ καὶ Κρατύλῳ κοινῇ.

P. 385. ὃ ἂν θῇ καλεῖν τις ἕκαστον] Heusdius Specim. p. 79. aut ὃ ἂν θῇ καὶ καλῇ τις scribendum censet aut θῇ in θέλῃ mutandum. Neutra correctione opus. Similis exempla constructionis collegit Porson. ad Eurip. Orest. v. 1662. Eurip. Troad. v. 1063. κακὴ θανεῖται, καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν Πάσαισι θήσει. Ion. v. 74. Ἴωνα δ' αὐτὸν, κτίστορ' Ἀσιάδος χθονός, Ὄνομα κεκλῆσθαι θήσεται καθ' Ἑλλάδα. Quibus addit Schaeferus Pausan. IV. 23. f. ὄνομα δὲ τῇ πόλει μετέθεσαν Μεσσήνην ἀντὶ Ζάγκλης καλεῖσθαι.

Καὶ ἐὰν ἰδιώτης καλῇ, καὶ ἐὰν πόλις] Ita saepe iunguntur ἰδιώτης καὶ πόλις. v. Gorg. p. 507. E. Alcibiad. I. p. 134. E. De Rep. VI. p. 501. A. VII. p. 536. A. Legg. I. p. 645. B. Ibid. p. 641. A al. Plura suppeditabunt interpretes Demosthen. Apparat. Schaefer. T. IV. p. 4.

Τί οὖν, ἐὰν ἐγὼ καλῶ ὁτιοῦν] Quid igitur, ego

δημοσίᾳ μὲν ὄνομα ἄνθρωπος τῷ αὐτῷ, ἰδίᾳ δὲ ἵππος; καὶ ἰδίᾳ μὲν αὖ ἄνθρωπος, δημοσίᾳ δὲ ἵππος; οὕτω λέγεις;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ. B

Cap. III. *ΣΩ. Φέρε δή μοι τόδε εἰπέ. καλεῖς τι ἀληθῆ λέγειν καὶ ψευδῆ;*

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἴη ἂν λόγος ἀληθής, ὁ δὲ ψευδής;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος, ὃς ἂν τὰ ὄντα λέγῃ ὡς ἔστιν, ἀληθής· ὃς δ' ἂν ὡς οὐκ ἔστι, ψευδής;

ΕΡΜ. Ναί.

P. 885. *Καὶ ἐὰν ἰδιώτης*] Editt. bis ἄν praebent invitis Bodl. Cois. Vat. Δ. Ven. ΞΣ. Vind. Par. G. Vat. l. m. Flor. b. d. Darmst. Zitt. Mox iidem libri *ἐὰν ἐγὼ* pro *ἂν ἐγώ*, excepto tamen Bodl.

B. *Ἔμοιγε δοκεῖ*] Post haec verba Par. G. et Gud. addunt: *τί γὰρ ἂν ἄλλο τις φαίη;*

si alicui rei nomen impono! quid tum fiet! Male haec vulgo erant distincta sic, ut post *τί οὖν* nota interrogandi, post *τῶν ὄντως* autem comma interponeretur. Quem errorem primus Bekkerus sustulit. Etiam post *ἄνθρωπον* in locum maioris interpunctionis *ὑποστίγμην* suffecimus. Mox ne mireris encliticam in verbis *Φέρε δή μοι τόδε εἰπέ* ita praemissam, tritus sane hic usus loquendi est et maxime pervulgatus. v. ad Phaedr. p. 258. A. Ion. p. 535. B. Errant autem qui post *δή* interpungunt.

B. *εἴη ἂν λόγος ἀληθής*] h. e. *εἴη ἂν ὁ μὲν λόγος ἀληθής*. v. ad Protagor. p. 330. A. Remp. V. p. 451. D. Summa eorum, quae a Socrate et Hermogene hoc loco disputantur, huc redit. Docet Socrates, qui rebus velit nomina imponere, eius arbitrium non esse liberum nullisque legibus adstrictum, sed ea potius norma dirigendum esse, ut in legendis vocabulis ipsa rei cuiusque natura vel maxime spectanda sit et observanda. Sicuti enim oratio vera habeatur ea, quae tota cum natura rerum, ad quas pertineat, concinere nec ab ea ulla in parte discrepare videatur; ita nomina quoque, utpote orationis partes, referre naturam rerum, quas indicent, debere. Ex quo Socrates consequi vult, ut recta nominum ratio ab ipsarum rerum natura neque ab hominum arbitrio et voluntate pendere existimanda sit. Neque tamen Hermogenes his expositis a sua recedit sententia, negatque pertinaciter sibi impositionem nominum aliam rectam esse videri, nisi arbitrariam.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα τοῦτο, λόγῳ λέγειν τὰ ὄντα τε καὶ μή;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὁ λόγος δ' ἐστὶν ὁ ἀληθὴς πότερον ὅλος μὲν ἀληθής, τὰ μόρια δ' αὐτοῦ οὐκ ἀληθῆ; C

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ καὶ τὰ μόρια.

ΣΩ. Πότερον δὲ τὰ μὲν μεγάλα μόρια ἀληθῆ, τὰ δὲ σμικρότερα οὔ; ἢ πάντα;

ΕΡΜ. Πάντα, οἶμαι ἔγωγε.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅ τι λέγεις λόγου σμικρότερον μόριον ἄλλο ἢ ὄνομα;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο σμικρότατον.

ΣΩ. Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα τὸ τοῦ ἀληθοῦς λόγου λέγεται;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἀληθές γε, ὡς φῄς.

πότερον ὅλος μὲν ἀληθής] μὲν ὅλος Coisl. Ven. *A.* Par. BCEFHIX. Vat. I. m. Darmst. Flor. a. b. c. i. Mox Gudian. Par. G. τὰ δὲ σμικρότερα οὔ; Vulgo erat τὰ δὲ σμικρὰ οὔ;

C. Καὶ τὸ ὄνομα ἄρα τὸ τοῦ ἀλ.] Pro τὸ ὄνομα multi vel τοῦτο ὄνομα vel solum τοῦτο praebent. Male. Pro ἄρα vett. editt. ἆρα, quod ab Heindorfio correctum ex Flor. d. mutavimus. μόριον οὐ ψεῦδος;] Steph. de coniectura Cornarii dedit ψευδές. male. v. ann.

Ἔστιν ἄρα τοῦτο, λόγῳ λέγειν] Fieri igitur hoc potest, ut quis oratione possit et quae sunt et quae non sunt dicere? Nam verba λόγῳ λέγειν — καὶ μή; pronomini τοῦτο per epexegesin adiiciuntur, in qua ratione ne quis articulum requirat, vide quae de hac loquendi ratione ad Criton. p. 46. A. Euthydem. p. 286 E. et alibi scripsimus. Ceterum vere Heindorfius censet tangi hoc loco celeberrimam illam sophistarum cavillationem fieri posse negantium, ut quis τὸ μὴ ὂν diceret falsaque loqueretur aut mentiretur. v. infra p. 429. C. D. Sophist. p. 237. A. 260. C. Aristotel. Metaph. IV, p. 119. ed. Brand. Isocrat. Encom. Hel. p. 231 sq. et quae ad locum Euthydemi p. 285. A. — 288. A. in Prolegomenis ad eum librum disputabimus.

C. τὰ δὲ σμικρότερα οὔ;] Comparativo utitur, quia veluti praeparatur proximum illud λόγου σμικρότερον μόριον. Quod

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦς μόριον οὐ ψεῦδος;

ΕΡΜ. Φημί.

ΣΩ. Ἔστιν ἄρα ὄνομα ψευδὲς καὶ ἀληθὲς λέγειν, εἴπερ καὶ λόγον;

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ; D

ΣΩ. Ὃ ἂν ἄρα ἕκαστος φῇ τῳ ὄνομα εἶναι, τοῦτό ἐστιν ἑκάστῳ ὄνομα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἦ καὶ ὁπόσα ἂν φῇ τις ἑκάστῳ ὀνόματα εἶναι, τοσαῦτα ἔσται; καὶ τότε, ὁπόταν φῇ;

